

EPICTETI  
**ENCHIRIDIUM**  
*Cum*  
CEBETIS THEBANI TABVLA  
*Grec. et Lat.*

*recensuit*  
JOANNES CASP. SCHRÖDERUS.  
*Editor Tertia.*

DELPHIS, apud ADRIANUM BEMAN. 1723.



E P I C T E T I  
ENCHIRIDIUM

U N A C U M

CEBETIS THEBANI

T A B U L A

*Græc. & Lat.*

Cum notis WOLFII, CASAUBONI,  
CASELII & aliorum;

*Quibus accedit Græca Enchiridii Paraphrasis, lacu-  
nis omnibus, Codicis Medicei ope*

A

JACOBO GRONOVIO

Repletis :

Recensuit, & a plurimis mendis, quæ in prio-  
res editiones irreperant, repurgavit, ac  
Notis quibusdam & animadversionibus  
illustravit

JOANNES CASPARUS SCHRÖDERUS.



D E L P H I S

Apud **ADRIANUM BEMAN.**

CIO IO CCXXIII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

PHYSICS

1911

1911

1911

1911



1911





# DEDICATIO.

*Nobilissimo Amplissimoque*

*Viro*

# THEODORO VALLENSI, J. C.

*Reipublicæ Delphensis Senatori  
& Judici*

S. D.

**S**I apud eos, qui humani-  
tatis studia profitentur,  
nihilque habent, neque  
prius, neque antiquius,  
quam ut honesti & decori, quavis  
occasione, ratio ipsis constare possit,

\* 3

tan-

## DEDICATIO.

tantum valere debet propensæ voluntatis, aliunde declaratæ, recordatio; ut, si velint digni haberi illis, quas colunt literis, inter prima honestatis officia, mentis gratæ piæque significatio, omni loco ac tempore apparere debeat; ego certe eum me esse agnosco, qui nisi justam turpis ignominia exprobrationem negligere sustinerem, id mihi inprimis agendum esse sentiam, ut, quo animo in Te sim, omnibus velim esse testatissimum. Nam, ut de ceteris taceam, quorum ingenii doctrinæque elegantiam studio atque benevolentia tua complexus es; tantum quod pedem ego intuleram in hanc Scholastici Regiminis provinciam, cum Tu hospiti mihi eximia prolixæ cujusdam voluntatis declar-

ra-

## DEDICATIO.

ratione, cuncta, quæ in Te forent, officia benignissime pollicereris. Quem quidem generosæ mentis ardorem ita Tu Vir Amplissime, vivum deinceps atque incolumem conservasti, ut recentibus subinde benevolentia nutrimenti inflam-mari eum quam sæpissime mihi cer-nere liceret. Nam cum rogatu at-que impulsu amici, id mihi negotii suscepissem, ut nobilissimum illud StoiciPhilosophiEnchiridium recen-ferem, omnique cura & studio pro-videndum mihi esse intelligerem, ut in gratiam illud studiosæ Juen-tutis quam castigatissimum in lu-cem prodiret; Tu mihi inprimis præsto fuisti, qui exemplarium ejus-modi, quorum ope obvios quosque priorum editionum nævos facile

## DEDICATIO.

tollerem, humanissime mihi copiam faceres. Quæ quidem animi Tui tam officiosi erga me studiaque literarum argumenta sane quam insignia cum extarent, certiozem nullam invenire potui depromendi obsequii, quod pro iis deberem, rationem, quam si hic ostenderem, quam optata mihi accidisset, oblata in præsentia tantæ benevolentia, utcunque possem, respondendi facultas. Quamquam vero nec Tua bene merendi virtus, quippe se una contenta, aliena commendatione minime indiget, nec ego is sum, qui ambitiosa oratione auribus tuis tam pulchræ dotis præconium dare velim; tamen, cum mihi abs Te in manum datus esset *Epictetus*, is qui de animi excellentis præstantia, agit,

## DEDICATIO.

agit, non veritus sum, ne quid committerem, quod a tanti Sophi decretis abhorreret, si illa, quæ non alius arbitrii, sed tua proprie forent, honorifica nominis tui commemoratione Tibi quoque adscribere ne dubitarem; præsertim non minus illustria cum sint, quæ publice dedisti animi, nihil vulgare, sed sublimia & excelsa quæque sapientis indicia. Quis enim ignorat, eum Te ex liberalium artium disciplinis, quibus probe innutritus es, percipisse fructum atque usum, ut cuncta ad unius Civitatis, cujus personam una cum ceteris Amplissimi Ordinis Viris Tu geris, commoda referenda esse existimes. Cum enim multi, quibus quidem, hoc collabascantium literarum senio, generoso honesto in-

## DEDICATIO.

coctum pectus est, præclaram Musis gratiam reddere sese arbitrentur, si non indiligenti antiquitatis, cui intelligendæ Juvenes se devoverant, recognoscendæ studio, vetustissimarum rerum memoriam recordari possint; Tu non alienis per omnem ætatem inhærendum esse pulchre vides, sed cum veteri notitia conjungenda tibi esse statuisti longe utilissima Patriæ nostræ monumenta. Cujus rei documentum cum spectabam dispositam a Te exquisitissimam raramque Belgicæ historiæ seriem, tuli scilicet non obscure, quanta cum voluptate, meum animi sensum, qui patriam historiam ad *απαρχή* & civilem prudentiam externis illis minime imparem censerem, auctoritate tanti exempli viderem

con-

## DEDICATIO.

confirmari. Quæ cum ita sint, quis tam erit imprudens rerum æstimator, qui non sentiat, pervenisse ad Te veram illam atque unice expetendam studiorum gloriam; postquam laudabile illud veterum Romanorum institutum secutus, qui Græcarum aliarumque civitatum mores, inventa, disciplinam, ad suæ reipublicæ accuratiorem notitiam trahebant, uni patriæ penitus cognoscendæ omnia tua inservire voluisti? Immo vero nec minus tam ex præclaro studio insignis tuus in Bataviæ solum, quod Te nascentem excepit, amor elucet; quando perspicuum evadit, non tam extraneis, quamvis eos tantarum rerum inter legendum admiratione capi necesse sit, quam genuinis Batavis, nostræ Reip. primordia  
stu-

## DEDICATIO.

stupenda, res domi bellicque fortissime gestas, ancipites casus ac vicissitudines miras, cum tenerrimo sui sensu curam sollicitudinemque adferre. Quem sincerum tuum in Patriam animum Tibi tum curia gratulatur, cui quidquid ex veteri memoria, aut exemplo dignum, aut consilio salutare Tibi suppetit, indefesso labore suppetitas; tum vero omnes boni suspiciunt ac venerantur, qui Te nobilissimæ familiæ diu salvum & incolumem fore exoptant. Quorum votis ego hanc obsequii in Te mei obsidem tabellam dum astringo, illud etiam atque etiam rogo, Tibi persuadeas, optatius nihil accidere mihi posse, quam ut, dum Tu ista, atque etiam ampliore gloria perfrueris, ego tantum



# DEDICATIO.

nominis Tui decus, omni honore  
& observantia colam

Nobilitati & Am-  
plitudini Tuæ

*L. M. Q. addictus  
cliens*

J. C. SCHRÖDERUS.

Dabam Delphis Idibus  
Nov. A. MDCCCXXII.

PRÆ-



# PRÆFATIO.

Λεκτορι φιλέλλησι ἔ φιλολογείῳ

S. D.

JOANNES CASPARUS  
SCHRÖDERUS.



*Uod Te, Lector candide, sub hoc potissimum titulo compellem, libri ipsius dos facit; qui, cum ob Græci sermonis Veneres, puræque elegantiam dictionis, quæ in eo elucent; tum ob recti & honesti speciem, quam considerantium oculis animisque exhibet, illius cognitione inprimis dignus videbatur, qui cum literarum studio virtutis sinceræ culturam conjungere amaret. Etenim si ex omni antiquitate quisquam*

# P R Æ F A T I O .

quam fuit, qui præter orationis pressam adductamque, verum ipsa simplicitate jucundissimam suavitatem, gravissima tradat ad honeste sapienterque vivendum dogmata, in his Epictetus nomen profitetur suum. Cujus proinde Enchiridion istud vere aureum, cum mole perexiguum sit, nec ob id legenti fastidium pariat, tanto majore cum fructu cognosci potest, quanto plura vitæ prudenter ac decore instituendæ præcepta minore compage comprehendit. Quippe ex hoc virtutis magistro quæ Deo, quæ aliis, quæ tibi ipse debeas, officia, citra molestant verborum ambagem, copiose simul & luculenter intelligas. Quid despectus ille rerum humanarum? Quid fortunæ insultantis contemptio? Quid veri boni, quod in solis animi, sibi placide acquiescentis, nihil vero anxie cupientis, dotibus positum sit, pretium, quam grata ac nervosa brevitate hic passim  
in-

## P R Æ F A T I O.

*insinuantur? Quis ex omni Philosopho-  
rum, quotquot unquam extiterunt,  
Schola, Epicteto solidius vel iracun-  
diæ tumultus sedavit, vel libidinis  
æstum extinxit? Unde efficaciora ad  
continentiam, ad justitiam, ad fortitu-  
dinem ceterasque animi virtutes hor-  
tamenta petantur, quam ex uno Epi-  
cteto? Sed encomium viri scribere non  
est nostrum: fecere alii; fecit erudito-  
rum chorus omnis; ex quibus quanto  
quisque sinceræ virtutis studiosior fuit,  
tanto graviore ac prolixiore laudiste-  
stimonio Philosophum hunc est profecu-  
tus. Equidem ut vere dicam, quod  
sentio; cum in plerisque fere gentilium  
scriptis, quibus actiones mortalium ad  
recti & honesti normam componere stu-  
dium fuit, non tam expressa virtutum  
vestigia, quam amictam severæ fron-  
tis supercilio superbiam arrogantiam-  
que deprehendere liceat; quod Fabius  
ille Quintilianus jure merito arguit  
Insti-*

# PRÆFATIO.

*Institut. Orat. Proœmio ad Marcel-  
lum Victorium ; in Epictetum ut talis  
suspicio minime cadat , simplex ille di-  
cendi character facit , & animus tam  
ab omni stoliditate alienus , quam a fu-  
co & ærugine vacuus \* . Quem utinam  
servarent , qui interioribus hisce & re-  
conditis literis operantur ! profecto nec  
fastosa & inanis ista scientiæ opinio ,  
qua ridiculos quosdam sui ostentatores ,  
ad quorumvis cordatiorum nauseam ,  
omnisque adeo humanitatis opprobrium ,  
tumere videas , in leviculis , quæ ipsi  
in literis præstant , regnum sibi vin-  
dicaret scientiæ ; nec sanctissimum Re-  
ligionis nomen , turpissimis vitiis obten-  
turi sumptum , aut impietati , aut am-  
bitioni , aut denique quibusvis fla-  
gitiis sædissimo servitio subjicere-  
tur*

\* Huc faciunt illa Origenis contra Celsum lib.6. *Spektare*  
*itaque licet , in eorum duntaxat manibus Platonem versari , qui*  
*eloquentiæ student , Epictetum vero illum in quorumvis mani-*  
*bus esse , qui ejus ex scriptis non mediocriter possint proficere.*

# P R Æ F A T I O.

*tur †. Verum istiusmodi querelæ, quamvis justæ, ut humaniorum studiorum sectæque Christianæ degeneres Professores merita recte sentientium indignatione onerant, sic Epicteti admirationem augent; cujus vitam, si quidquam ex divino istoc scripto certi statui potest, instituto suo consentaneam fuisse abunde potest colligi. Neque tamen vel consummata isthæc honesti ac decori cognitio, vel morum sanctitas, quæ Philosophum nostrum nobilitarunt; per Dominum Epaphroditum (quæ Berkeleyi conjectura est) Neronis satellitem, & Pauli Apostoli familiarem, percepta eum habuisse prima fidei Christianæ elementa, quæ passim per totum Enchiridion conspiciantur, ut certò statuamus nos urgent; præsertim si cogite-*

† Confer quæ de falsis Oratoribus ponit Quintilianus lib. XII c. 3. *Qui paulum aliquid sederunt in scholis Philosophorum, ut deinde in publico tristes, domi dissoluti, captarent auctoritatem contemptu ceterorum.*

# P R Æ F A T I O.

gitemus, Epictetum toto hoc opusculo nihil aliud quam Stoicæ disciplinæ convenienter disputare; nec si quid forte dictum sublimius videatur, statim alio trahendum esse; cum ex Marco Antonio, Theophrasto aliisque manifestum sit, quantum nervorum fuerit in isthac heresi, ad absoluti perfectique hominis exprimendum simulacrum. Huc accedit præcipuum Philosophiæ moralis inter Veteres studium; cui perpoliando cum plerique partem vitæ impenderint longe maximam; quid mirum, si quando in describendis vitæ officiis ipsos naturæ limites supergredi, atque a fontibus sacris, unde hæc copiosius hauriuntur, quam proxime abesse visi fuerint? Sed invaluit dudum inter eruditos nonnullos isthac disciplina, sacræ auctoritatis clypeo vim ac robur conciliandi gentilium monumentis; perinde quasi ipsi, sensu communi destituti, quid in sermone, quid in factis,

\* \* 2

quid

## P R Æ F A T I O.

quid in omni denique vita maxime deceret, pervidere non potuerint, nisi hominum, vera religione imbutorum, traditioni acceptum illud esset ferendum. Quod quidem ut sacrorum dignitas mysteriorum probabile multis efficere possit, sic verendum est, ne, qui ita statuunt, Deum in residuis naturæ, quamlibet depravatæ facultatibus, testimonio sui exclusum velint; dum parvulos hosce igniculos, virtutum scilicet & notionum semina, quæ ceu tabellam miseris mortalibus, ad conditionem humanæ societatis tolerabiliorem, ex deplorando istoc beatissimæ sortis naufragio superesse voluit Deus ter Optimus Maximus, peculiaris cujusdam revelationis faciunt beneficium. Quanto æquiore jure quispiam, ratione utens, naturam in talibus sibi relinquat, atque id potius decernat recti istam normam, sic ab Epicteto ejusque similibus traditam,

sum-



# P R Æ F A T I O.

*summi instar fastigii habere, ad quod animus humanus, assidua justis & honestis cogitatione intentus, adspirare potuerit; quicquid vero huic veri & decori descriptioni desit, supplendum illud esse ex Sacris Literis, quæ cum perfectorum officiorum fontes aperiant, tum justam eorum regulam & finem ostendant. Atque ut iniquos esse in naturam significavimus, qui insitis ei virtutibus detrahunt; sic in alteram partem, qui liberalitate nimia vires illius immane quantum adaugent, peccare mihi videntur. Quis ignorat, facultatis illius, quam mens humana in contemplatione illarum veritatum, quæ Summum Numen propius attingunt, per se exserere creditur, quamque vulgo Theologiam Naturalem appellant, eos in Scholis nunc a multis designari terminos, ut, quò minus pro genuino revelationis fœtu haberi possit tam accurata penitusque expressa,*

\*\* 3

*istius-*

## P R Æ F A T I O.

*istiusmodi Proprietatum & Attributorum, quæ vocant, Divinorum forma & species, nihil mihi quidem deesse videatur, præter unum, quo reliqua mysteria commendantur, sacræ traditionis titulum? Horum quoque tam prolixè de humana natura opinantium non minus error eripiendus est. Non enim, quidquid animus hominis Christiani, diu multumque in meditatione sacrorum oraculorum versati, de Deo, ejusque perfectionibus, deque ordine veritatum Divinarum approbare didicit, statim Naturalis Theologiæ jus vindicabit. Atque hoc in genere mea quidem sic est sententia. Quidquid mens humana absque revelationis divinæ subsidio de Summo Numine cognitum habeat, in censum illud venire Theologiæ Naturalis; quicquid verò de Divinis exquisitius tradatur, & a sensu communi magis remotum, id uni deberi comprehensæ Sacris Literis doctrinæ. Quæ quidem non in difficili posita esse*

# P R Æ F A T I O.

*esse discrimine quilibet agnoscat ; cum verum Theologiæ Naturalis exemplum petendum sit a Gentilium Theologis , qui ejuratis vulgi opinionibus erroribusque , quousque in notitiam summæ illius naturæ per se penetrare possent , testatum fecerunt ; quicquid vero ab illorum decretis assurgat altius , omne id speculantium quorundam conatibus , non improbandis illis quidem , sed tamen ad confutandam impietatem parum efficacibus , tribuendum puto illorum , qui per omnem vitam conspicio cœlestium oraculorum usi , ac pleni verorum de Deo rebusque Divinis sensuum , tandem aliquando naturale lumen , quantum in Divinis per se cernat , consulere aggrediuntur ; ignorantes , non merè naturalem sese mentis aciem , sed eam , quæ dudum Sole veritatis illustrata fuerit , ad istam contemplationem adferre. Verum hisce ad luculentum magis Naturæ & Gratiæ discrimen positis ; superest , ut de institu-*

## P R Æ F A T I O.

*ti mei ratione in instauranda Enchiridii  
 hujus editione , paucis disputem. Pri-  
 mum mihi curæ fuit , ut Textum ipsum  
 Auctoris, multis locis depravatam, a Typo-  
 thetarum mendis, quæ illi ex superioribus  
 Editionibus adhæserant, repurgarem. In  
 Notis verò Commentariorum cum plu-  
 rima male affecta apparerent, quæ sen-  
 sum orationis non parum turbarent, alia  
 correxi, alia sustuli; nec, dum in eo eram,  
 religionem mihi esse oportere decrevi, ver-  
 bum aliquod, quod operarum incuria hinc  
 inde omissum videretur, ex ingenio supplere;  
 parum sollicitus, ipsiusne illud Inter-  
 pretis esset, dummodo sententia, quæ  
 antea sine hoc laborabat, integritati sic  
 redderetur. Porro Commentatores hic  
 exhibentur, iique integri, quos Abraha-  
 mus Berkelius editioni suæ adjunxerat.  
 Ex quibus Hieronymus Wolfius facile  
 primas tenet, sive Viri acumen respicias  
 in deprehendenda locorum lectione since-  
 ra; sive sagax judicium, quod de Stoica  
 di-*

# P R Æ F A T I O.

disciplina *Ἐξοφράζων* perspicua brevitate passim ferre consuevit. Cui ut loco, sic dignatione secundus succedit Mericus Casaubonus, Vir eruditione in tantum ceteris equiparandus, quantum ipse magno patri Isaaco Casaubono doctrina & elegantia cedit. Atque in Duumviris istis defungi potuisset doctissimus Berkelius, nisi tertium illis comitem addere voluisset Snecanum, non ob aliud, credo, quam ut ostenderet, quam fideliter iste Wolfium compilare didicisset. Majorem paginam in Commentariis ad Cebetis Tabulam complet Caselius, homo in Aristotelicis nimius, & cujus pleraque fusius notata, si meo mihi animo noverem gerere licuisset, libenter pertrinxissem. Hisce suas Notas addidisse profitetur Berkelius; sed quas subducta probe ratione, vel ex indiciis variorum quorundam locorum, præcipue ex Editione Salmasiana; vel ex minutiis nonnullis, in quibus acumen Critices deside-

\*\*

5

res,

## P R Æ F A T I O.

res, & peritiam Græcæ dictionis, alias in Viro illo abunde spectatam, in totum fere constare deprehendes. Præter hæc omnia cum priorem Editionem non parum commendarent Viri Cl. Jacobi Gronovii Notæ ad Græcam Enchiridii Paraphrasin, quibus ille ope Cod. Ms. Bibliothecæ Medicæ non pauca inibi loca optime restituisse sibi visus fuit, eas hic quoque repræsentendas duximus; verum ita, ut nec interdum dissimularem, non esse in causa Critices, ubi sola nos veritas movere debeat, unius auctoritatis habendam rationem; nec eam aliquando Manuscriptorum Codd. accurate dijudicantibus inveniri boritatem, quam Eruditi, laudi suorum inventorum potissimum velificaturi, vulgo prædicant: cum morosiores Criticos persæpe videas insano Ms. alicujus amore receptæ & veræ lectioni movere litem; interdum quoque, nequid audaciæ desit, expulsa vera

&

# P R Æ F A T I O.

*& genuina scriptura adulterinam obtrudere & insulsam. Verum hæc, pluraque id genus, malim Eruditus Lector per se cognoscat detque veniam meæ huic libertati, qui non studio detrabendi illis Viris, quorum merita in Republicam literariam extant, sed solius causa Veritatis, judicium qualecumque hic interposuerim. Ceterum quidquid sive Notarum sive Animadversionum, quas obeli plerumque, nonnunquam asterisci signo a ceteris distinxi, a me post tantos Viros adpersum cernis, eas necessitas magis, quam consilium extorsit; ne errori, tacendo ipse album calculum adjicere viderer. Plura addere vetabat Enchiridii modulus, & Interpretum modo laudatorum prolixitas, ne Scriptoris elegantissimi nobilissimum argumentum nimio premeretur Annotationum pondere: a qua interpretandiratione, multis perquam familiari, tam sum alienus, quam qui*  
maxi-

# PRÆFATIO.

*maxime. Vale, & pro candore tuo,  
si quid erratum sit, æquus ut corrigere  
velis, rogo.*

Dabam Delphis Idibus  
Nov. A. MDCCCXXII.

PRÆ-



# PRÆFATIO

## ABRAHAMI BERKELII.

**E**xhibemus tibi, amice Lector, Epicteti Enchiridium cum integris variorum Commentariis, qui quondam Stoicæ sectæ Philosophus fuit acutissimus; quique semper apud omnes talis ac tantus est habitus, ut nostra commendatione minime egeat, utpote cui olim Imperatores Romani imperii & alii viri summi sua benevolentia & favore non dedignati fuerunt. Ne igitur in hoc ad te alloquio actum agere videamur, nulla omnino de ejus scriptis & vita verba facere animum nostrum induximus: Sed quia Barthius, vir alioquin doctissimus & infinitæ lectionis, in Adversariis suis satis confidenter & nulla argumentorum probabilitate adstruere nititur, Epictetum professione Christianum fuisse, Tibi non ingratum fore speramus, si nostras super hac re cogitationes paucissimis verbis divulgemus, & in medium producamus. Optime eruditissimus Mericus Casaubonus, vir numquam satis laudandus existimat, Barthium partem aliquam Paraphræos, à se editæ & nunc huic Enchiridii editioni etiam adjunctæ, vidisse (in qua subinde unus & item alter Sacræ Scripturæ locus à Paraphraste citatur) quæ tam simillimi ubique cum Enchiridio

P R Æ F A T I O.

dio est argumenti, ut multis in locis prorsus ipsum Epicteti Enchiridium esse credas. & inde argumenta pro fulcienda nova hac conjectura deprompsisse. Profecto frivolum, insulsum, imo ridiculum videtur, de Christiana Epicteti professione cogitare, quid dicam, confidenter asserere, aut aliis pro re extra controversiam quasi posita velle obtrudere. Ego conjecturam meam dissimulare nolens, si non indubitatis & firmissimis, saltem argumentis valde probabilibus possem demonstrare Epicteti animum cælesti & matutino Christianæ religionis rore quodammodo fuisse aspersum & humectatum, sed absit, ut cogitem ipsum professione Christianum fuisse. Nam auctores, qui de hujus Philosophi vita & moribus seris nepotibus aliquid tradidere, uno quasi ore omnes affirmant, eum tempore Neronis Romæ vitam transegisse & servitutem servivisse. Consentunt in eo omnes ipsum Epaphroditi servum fuisse, qui Imperatori humani generis monstro familiaris & ut optime Suidas testatur, unus ex σωματοφυλάκων & βασιλέως Νέγων & erat. Hæc à profanis etiam Scriptoribus commemorata, si recto judicii oculo comparentur cum illis, quæ refert Apostolus Gentium capite ultimo epistolæ ad Philippenses, facillime est animadvertere, in Neronis aula multos fuisse Christianos, inter quos procul dubio Epaphroditus erit recensendus, qui Paulo in vinculis & captivitate multa benevolentia &

## P R Æ F A T I O.

*& favoris signa præstitit. Atque hinc non admodum difficile erit conjicere, servum Epictetum ex domini sui ore, de Paulo tanquam viro eximio, docto, justo, facundo, & alienæ, imo fortasse verioris religionis propugnatore (quamque Epaphroditus jam fuerat amplexus) subinde verba facientem audivisse; vel aliquando domino suo, cum Apostolo de principiis, & aliis fidei Christianæ mysteriis differenti, adfuisse. Si igitur Epictetus ejusmodi habuerit dominum, nempe Neronis satellitem, & religionis Christianæ fundamentis imbutum, quis non consentiet, dum Paulus & alii Scriptores de horum nominibus, tempore, loco aliisque circumstantiis ex amussim sibi invicem respondeant, Epictetum ex Epaphrodito, vel ex ipso Paulo, plus quam humanæ eloquentiæ viro prima elementa & quasi guttulas quasdam fidei Christianæ, tanquam ex uberrimo fonte, hausisse, quæ passim per totum Enchiridium fluunt & conspiciuntur: verum jam Stoicæ Philosophiæ sacris initiatus, imo addictissimus, statim, uti nec Agrippa, nec alii religionis Ethnicæ antistites, patriis opinionibus de Deorum pluralitate, & vanissimis istius religionis ceremoniis valedicere, neque ad intimum veritatis adytum penetrare potuit. Sed alia procul dubio Candidus Lector in hujus operis vestibulo expectat, nimirum ut indicemus, quid à nobis in hac nova Epicteti Editione sit præstitum. Illud paucis  
acci-*

P R Æ F A T I O.

*accipe: Textum ipsius Enchiridii & Tabulæ Cebetis, quæ plerumque ei annectitur, emendatissimum atque accuratissimum exhibemus, uti sedulo legenti Sole meridiano clarius apparebit: nam eum comparavimus cum variis editionibus, præsertim cum Salmasiana, quæ multorum doctorum judicio elaboratissima habebatur: Sed concepta animo de ea spes nos valde fefellit: nam præter innumera Typothetarum vitia, multa etiam in ipso Textu prætermissa & alio transposita invenimus, de quibus in Notis nostris mentionem facimus, & multis probamus. A Wolfiana versione nec in Enchiridio neque in Cebetis tabula discedimus, quod sæpissime à Salmasianæ editionis præfæcto temere & sine necessitate factum animadvertimus. Integras omnium Notas apposuimus, nempe Wolfii, Casauboni, Caselii, & quasdam S necani, præter illas tamen, quas ex Wolfio & Caselio, viris de Enchiridio & Tabula Cebetis optime meritis, compilaverat, & suo nomine publici juris fecerat. Multa Vir summus Claudius Salmasius in præfatione ad Simplicii commentarium promisit, sed utinam ea præstitisset! Hæc sunt ipsissima incomparabilis viri verba: Ipsum Epicteti Enchiridium, quod semper nobis in deliciis fuit, cum scriptis codd. comparavimus, & viginti aliquot locos in tantulo opere nondum intellectos cæteris Interpretibus, explicavimus; multosque alios parum hæctenus*

## P R Æ F A T I O.

explicatos, elucidavimus. *Hæc tamen diligentissime investigando invenire non potuimus; quam operam tandem Casaubonum etiam luisse animadvertimus; nam ad mox allegata Salmasii verba ita inquit præfatione in Epictetum. Quam facile credent, qui tantum virum ex scriptis, & ab eo jam præstitis nôrunt, eum quæ promiserat, si semel aggressus esset, præstiturum fuisse: tam certo cuivis constare queat, in eis quæ hæctenus sub ejus sive viventis, sive fato functi nomine publicata sunt, nihil hujus ne minima quidem ex parte repræsentatum esse.*

*Atque ita quidem, mi Lector, ante XII annos præfabar: nunc autem quibus incrementis & innovationibus secunda hæc editio adornata lucem publicam videat, paucis referendum. Accuratius multo quam antea Salmasianam evolvimus atque contulimus, quo factum est, ut hoc tempore majorem Notarum & Variantium Lectionum copiam divulgemus, idque tanta fide & cura, etiam in aliis Editionibus, peregrimus, quanta profecto abs homine frequentioribus & majoris momenti præpedimentis occupato fieri potuit. Quare summo opere minor, nuperrimo Franquequrensi Operum Arriani editori per summam imprudentiam talia excidisse, quæ fidem meam apud harum rerum haud ignaros labefacere & suspectam reddere videntur, quasi ego quandam substituissem lectionem ex editione plane Chimerica, & nunquam antea in lucem emissa; sic enim ille ad hæc verba capit*

\* \* \*

XXXIV.

P R Æ F A T I O.

xxxiv. Εἰ δὲ μὴ, τὴν πρῶτην ἀποδίμωσ ἤξεισ. Sic u-  
 terque Venetus Naogeorgi exerte, ἀγγεῖσ, ἀτε μι-  
 δέν. Scheggius, Wolfius, Plantinus concordant  
 cum Venetis; sed alterius lectionis meminerunt,  
 ἀγγεῖσ, a, u. Casaubonus vulgatam expreffit.  
 Nuperus editor Leidensis, ἐφ' ἤξεισ posuit,  
 editionem, quam secutus fit, ita habere  
 profefius. Sed eam scio cum ignariffimis.  
*Sed ut ille, qui decem & forte plures codices  
 contulit, cum aliis sciat, me minime fictam &  
 imaginariam lectionem edidiffe, consulat minimæ  
 formæ editionem, quæ Lugd. Batavorum ex offi-  
 cina Joh. Maire anno Christi, cIo Io cLi. cum  
 S necani notulis prodiit, & ultima sui commenta-  
 rii verba, nimiam revera inscitiam atque au-  
 daciam redolentia, obelo confodiat. Verum quod  
 potiffimum hanc editionem nova accessione exor-  
 nat, sunt Viri Clariffimi Jacobi Gronovii Notæ  
 ad Enchiridii Paraphrasin, primo divulgatam à  
 Merico Casaubono, plurimis in locis mutilam  
 corruptiffimamque, quæ nunc, lacunis omnibus,  
 auxilio codicis Florentini repletis, perfrui liceat.  
 Altera hujus Paraphraseos collatio à viro mihi  
 amiciffimo est oblata, sed temporis angustia & ty-  
 pothetarum operæ non sinebant, hanc editionem  
 ulterius procrastinare. Interim, Tu humaniffi-  
 me Lector, hisce fruiere, dum alia & quidem ma-  
 joris momenti brevi temporis interjecto spatio in  
 lucem sumus emissuri.*

# E P I C T E T I

## V I T A.

**E**PICTE<sup>T</sup>US, Stoicæ sectæ Philosophus Hierapolitanus patria fuit, (est autem Hierapolis Cariæ urbs, non longe à Laodicea sita,) conditione servus, ut in Noctibus Atticis etiam testatur Aulus Gellius. Servivit enim Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari, Vir sanctissimæ & integerrimæ vitæ, alienissimus ab omni fastu & arrogantia; quibus tamen vitiis omnes fere laborant philosophi. Tantæ autem fuit apud omnes existimationis & famæ, ut lucerna ejus fictilis tribus drachmarum millibus divendita olim fuisse feratur. Meminit hujus & Lucianus Græcus auctor, sed cum laude, cum is tamen nulli philosophorum satis æquus fuerit, utpote irrisor deorum & hominum: quo loco & lucernæ *Epicteti* mentionem facit: sic enim habet in Dialogo *αἰσ*

Ε Π Ι Κ Τ Ε Τ Ι  V I T A .

τὸν ἀπαίδευτον ἔ πολλὰ βιβλία ὠνέμενον, id est,  
*ad ineruditum*, & *multos coëmentem libros*:  
 „ Et nostra, *inquit*, ætate fuit quis, & adhuc  
 „ superest opinor, qui Stoïci *Epicæti* ficti-  
 „ lem lucernam ter mille drachmis emit.  
 „ Sperabat enim, opinor, & ille, si noctu ad  
 „ eam lucernam legeret continuo, & *Epicæ-*  
 „ *ti* sapientiam in somnis se adepturum, &  
 „ similem se fore admirandi illius senis. *Ha-*  
 „ *tænus Luciani verba*. Summam totius Phi-  
 „ losophiæ duobus his verbis contineri dice-  
 „ bat, Ἀνέχεσθαι ἔ ἀπέχεσθαι, id est *Sustine & abstine*.  
 Domitiano autem imperante, vel offensus  
 ejus tyrannide, vel coactus ob Senatuscon-  
 sultum de pellendis urbe Philosophis, Ro-  
 ma Hierapolim commigravit. Commoratus  
 iterum dicitur Romæ usque ad tempora  
 Marci Antonini.



E P I C T E T I  
V I T A

E X

S U I D A.

**Ε**πίκτητος Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας Φιλόσοφος,  
δὲ Ἐπαφροδίτου τῆς σωματοφυλάκων τῆς  
βασιλέως Νέρωνος. πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ  
ῥάβδου, ἐν Νικοπόλει τῆς νέας ἠπείρου ὤκησε. καὶ  
μαρτυρίας μέχρι Μάρκου Ἀντωνίνου, ἔγραψε πολλά.  
ὅτι Θεοσέβιος ὁ Φιλόσοφος, ἔλεγε πολλά ἀπὸ τῆς  
Ἐπικλήτου σχολῆς.

Epicetetus, ex Hierapoli Phrygiæ urbe  
Philosophus. Servus autem Epaphroditum,  
unius de satellitibus Imperatoris Neronis.  
Ob defluxionem autem altero crure mutilatus,  
in novæ Epiri urbe Nicopoli habitavit.  
Et vita producta usque ad M. Antoninum,  
multa scripsit. Theosebius autem Philosophus  
multa ex Epiceteti scholis desumpta  
dixit.

E X

M A C R O B I I  
S A T U R N A L.

*Lib. primo cap. xi.*

**D**e *Epieteto* autem Philosopho nobili, quod is quoque servus fuit, recentior est memoria, quam ut possit inter oblitterata nesciri. Cujus etiam de se scripti duo versus feruntur: ex quibus illud latenter intelligas, non omnimodo Dīs exosos esse, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur; sed esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.

Δεῖλ' Ἐπίκτητι γένοντι, καὶ σώματι πρὸς,  
καὶ πένιῳ Ἰγῶ, καὶ φίλ' ἀθανάτοις.

Habes, ut opinor, assertum, non esse fastidio despiciendum servile nomen; cum & Jovem tetigerit cura de servo, & multos ex his fideles, providos, fortes, philosophos etiam existisse constiterit.

D E

# E P I C T E T O STOICO PHILOSOPHO

*Elogia quaedam & Judicia.*

ÆLIUS SPARTIANUS IN  
ADRIANO CÆS.

In summa familiaritate *Epietum* & *Heliodo-*  
*rum* philosophos, & (ne nominatim de omni-  
bus dicam) Grammaticos, Rhetores, Musicos,  
Geometras, pictores, Astrologos habuit: præ  
cæteris (ut multi asserunt) eminente Favorino.

MARCUS VERUS AURELIUS  
ANTONINUS IMPERATOR  
ET PHILOSOPHUS

libro I. τῶν εἰς ἑαυτὸν, sive De rebus suis, tmemate  
VII, ubi de Junio Rustico.

Καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγνώσκειν, ἢ μὴ δεξιῶς πε-  
ρνοῦντα ὀλοαχερῶς, μηδὲ τοῖς ἀεὶ λαλῶσι συγ-  
καταπίθεσθαι. καὶ τὸ εὐτυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις  
ὑπομνήμασιν, ὧν οἴκοθεν μετέδωκε: Porro ut  
accurate legerem, nec comprehensione summa-  
ria contentus essem; nec garrulis quibusvis te-  
mere assentirer. huic denique debeo, quod Epi-  
cteti commentarios legerim, quorum is à domo  
sua copiam mihi fecit. Meminit etiam *Epieteti*  
idem Imperator libro IV. 41. item VII. 19.  
denique XI. 34. 36. & 37.

\*\*\* 4

HE

# HERODES ATTICUS

A P U D

A G E L L I U M

libro I. cap. II.

**P**ermitte philosophorum amplissime, quoniam respondere nos tibi non quimus, quos idiotas & rudes vocas, recitari ex libro, quid de hujuscemodi magniloquentia vestra senserit dixeritque **EPICTEtus**, **STOICORUM VEL MAXIMUS**, jussitque proferri **DISERTATIONUM Epicteti** digestarum ab **ARRIANO** secundum librum: in quo ille **VENERANDUS SENEX** juvenes, qui se Stoicos appellabant, neque frugis neque operæ probæ, se in theorematis tantum nugalibus & puerilium isagogarum commentationibus oblectantes, objurgatione justa incessit. Lecta igitur sunt ex libro, qui prolatus est, ea quæ addidit. Quibus verbis *Epictetus* severe simul ac festiviter se junxit atque divisit à vero atque sincero Stoico, qui esset procul dubio ἀκάλυτος, ἀνεκβίατος, ἀπαρεμπόδιτος, ἐλεύθερος, εὐπυρος, θύδαίμων, vulgus illud nebulonum hominum, qui se Stoicos nuncuparent: atraque verborum & argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta sanctissimæ disciplinæ nomen ementirentur.

AGELLIUS LIB. XVII. CAP. XIX.

*Epictetus* maximus Philosophorum.

THE:

# THEMISTIUS ORATIONE XII,

*Quæ inscribitur ὑπατικὸς Consularis, ad  
Jovianum Imperatorem.*

**Κ**αὶ ποιεῖς ἔχῃ τῶν ἐνπιμον τῶν τῶν λόγων ἡγεμο-  
νίαν τῆ τῆ στρατοπέδων ἀρχῆς. ἔτω καὶ οἱ πατέρες  
τῆ σῆς βασιλείας τῆς παροῦντος ταύτης τῆ τύχης  
παροῦντος, τῆ Ἀρείων ἐλεῖνον ὁ Σεβαστὸς, ὁ Τιβερί-  
τῆ Θεοσίλον, Τραϊανὸς ὁ μέγας Δίωνα τῆ χρυσοῦν  
τῶν γλώτταν, τῆ Ἐπίκτητον τῶν δὲ Ἀντωνεῖνω.  
ἔω τῆς ἄλλης: *Nec minore doctrinæ ac scien-  
tiæ, quam castrorum imperium, honore pro-  
sequeris. Sic autores imperii tui, hujus olim  
disciplinæ majoribus amplissima quæque defe-  
rebant, velut Ario illi Augustus, Tiberius  
Thrasyllo, magnus Trajanus Dioni aurea lin-  
gua prædito, Epicteto Antonini duo. Omitto  
cæteros.*

## AUGUSTINUS DE CIVITATE DEI *libro IX. cap. v.*

**H**anc misericordiam Cicero locutor egre-  
gius non dubitavit appellare virtutem,  
quam Stoicos inter vitia numerare non pudet:  
qui tamen, ut docuit liber EPICTETI  
NOBILISSIMI STOICI, ex decretis Ze-  
nonis & Chryssippi, qui hujus sectæ primas  
partes habuerunt, hujusmodi passiones in ani-  
mum sapientis admittunt, quem vitiis omni-  
bus liberum esse volunt.

# HENRICUS STEPHANUS

## *Præfatione in Diogenem Laërtium.*

**N**ôrunt omnes , non quæ meliores , sed quæ doctiores nos reddant, ex hoc Diogenis opere petenda esse. Dixissem , sapientiores : nisi sapientem cum bono copulari ab ipso. quoque Horatio meminissem , veluti quum scribit Epist. lib. I. *Neve putes alium sapiente bonoque beatum.* Et Cicero ipse sapientes à bonis separari queritur , idque magnam perniciem afferre dicit. *Hæc est igitur illa pernicies (inquit) quod alios bonos, alios sapientes existimant.* Neque tamen quum dico ex his Diogenis libris petenda esse quæ nos doctiores , non quæ meliores reddant , hæc velim ita accipi , quasi nulla hic legerentur , quæ quod sit boni viri officium nos docerent (boni viri, *inquam*, non ad Christianam, sed ad philosophicam exigendo normam) sed quoniam alii sunt aliorum libri, è quibus ea melius à nobis disci queant , siquidem vel unus EPICTETI libellus (cujus vitam à Diogene nostro prætermisam esse miror) aptior nobis hujus rei doctor fuerit. Verum ut rari sunt aurei istius libelli lectores , sic certe rari sunt , qui meliores se quam doctiores esse malint.

# JUSTUS LIPSIUS

## MANUDUCTIONIS

A D

## STOICAM PHILOSOPHIAM

*Libro primo, Dissert. XIX.*

**D**e Seneca habes : clarum aliud sidus se ostendit, *Epietetus* : ævo, non merito, posterior : & Scriptorum pondere, si non numero, comparandus, vita præponendus. Ille vir totus à se & à Deo, nihil a Fortuna fuit. Origine vilis, & inter servos : corpore claudus ac debilis ; mente nobilissimus, & inter omnis ævi lumina refulsit. Ipse de se Epigrammation hoc scripsit :

Δεῖλ' Ἐπίκτητι γενόμενῳ, καὶ σώματι πηγρὸς,  
καὶ πένιῳ Ἰγῶ, καὶ φίλῳ ἀθανάτοις.

*Servus Epietetus sum natus, corpore claudus,  
Irus pauperie, deliciæ superâ.*

Ipse, inquam, sive de ipso alius : sed confessionem ingenuam vides, & generosum in fine additum, de amicitia divina. *Natum Hierapoli, Phrygiæ opido*, tradunt : Romam traductum *servisse servitutem* ( si id nomen

in hanc virtutem cadit) *Epaphrodito Neronis*, qui fuit à custodia corporis illi Principi: *claudum autem*, è destillatione in illam partem corporis illapsa. Hæc fere Suidas: Agellius etiam, qui virum admiratus est, *pulsam Româ edicto illo barbarico Domitiani*, quo Philosophos omnes ab urbe relegavit: & in *Epiri Nicopoli diem ultimum obiisse*, lib. xv. cap. xi. Ajunt ad *Marci Antonini Imperatoris* tempora durasse: quod ita Suidas prodidit, & Antoninum *Philosophum* accipimus. nam *Pius* ille *Titi* prænomen gessit. Hoc ideo observo, quia consideratione aliqua eget: & à *Neronis* morte, ad initia *Marci Antonini*, sunt anni admodum *nonaginta quatuor*. Quomodo ergo sub *Nerone*, nisi puer plane, vixerit? Et *Epaphrodito* tamen servisse (sed fortasse post *Neronem*) ipse etiam indicat, & jocosè ejus meminit *i. Dissertationum*, quas *Arrianius* digessit, cap. xix. De conditione aut ævo ejus, hæcenus scio: vita emendatissima fuit, & plane ad scitum, quod in ore habebat, *Ἀπέχεσθαι καὶ ἀπέχεσθαι*: *Contine, & abstine*. Item hostis fucorum, qui Philosophos habitu & verbis præferrent, vita degenerarent: quos ille appellitare solitus, *Φιλοσόφους ἀνευτὸς πράττειν, μέχει τὸ λέγειν*: *Philosophos sine factis, dictorum tenuis*. Agellius xvii. cap. xix. Unica anus in ministerio ei fuit, unica lucerna fictilis (hoc domesticum omne instru-

men-



mentum) ad divinas illas lucubrationes: quæ lucerna à morte ejus *mille drachmis* venit, in memoriam heroïsci illius & honorem. Scripta, ut tetigi, pauca exstant: *Enchiridion* sane egregium, & Stoicæ moralis philosophiæ velut anima: item *Dissertationes*, quas obiter in via, domo, schola habuit, ab *Arriano* collectæ & digestæ. Neque omnes etiam exstant: in *Agellio* & *Stobæo* reperies, quæ hic requiras. Sed, Deus bone, acrem & altum in iis spiritum! accensum animum, & honesti amore ardentem! Nihil in Græcis, aut fallor, tale exstat: à duabus illis notis dico, Acrimonia & Ardore. Tironem aliquem & rudem Philosophiæ vix afficiat aut tangat: proficientem aut provectum, incredibile est, quam excitet, & cum pungat ubique, tamen etiam delectet. Genus stili concisum, fractum est, & quod indolem subitarii sermonis habet: sed docta interveniunt sæpe, semper salutaria, & non est qui bonam Mentem magis aut trahat, aut formet. Ego senecionem illum nunquam lego, nisi cum interno animi motu: & quod Homero proprium, pluris facio, cum relego semper ut novum, & cum repetivi repetendum. Idem fac. gratiam monitori habebis; majorem illi Doctori.

MERICI CASAUBONI

N O T Æ

in hoc Dist.

Δεῖλ' Ε' πικτήλ' γενόμελω, ἡ σῶμ' ἀνάπης  
Καὶ πενίλω Γ' ρ' ἡ φίλ' ἀθανάτοισ.

**S**ive Epictetus (ut olim credidit Aul. Gellius) siue alius est auctor, plane divina sententia est, quæ ex intima tum Veterum Nov. Testament. philosophia prompta videri possit: adeo certe supra vulgarem sensum & saporem, ut pauci sint Christiani, quorum fides ad istam sublimitatem pervenerit. Formula erat antiquis ethnicis usitatissima, si quis fortuna in tribuendis quæ a vide inhiant homines indulgentiore frueretur; sed præcipue si cui in dubiæ alex conatibus & inceptis, siue per se laudabilibus, siue secus, res pro voto cederet; ut eum φίλον esse τοῖς θεοῖς, id est, Diis charum & dilectum prædicarent. Hoc tum ex aliis passim; tum ex Homero discamus eximie, cui tam solemne est ita loqui, ut ex ipso manasse videri possit. Hinc miratur extrema Odyssæa Achilles, Agamemnonem Regem, quem Διὶ φίλον ἔμμενεν crediderant, (φίλον apud

apud Hom. elegantissime:) acerba & cruenta morte periisse: & alibi Penelope maritum Ulysses Deo exosum esse colligit, quia reditu in patriam longis erroribus prohiberetur. Ipse Ulysses, à subulco suo laute acceptus, vicissim optat illi, ut Διὶ φίλος sit: honorum scil. quæ vulgo nuncupantur, optat illi copiam: quod & ex Eumæi responsione satis liquet. Odyss. ζ' Nausicaa, Regis Phæacum filia, mortales ullos adeo fortes aut feroces usquam reperiri negat, qui terram Phæacum bello laceßere audeant, μάλα γὰρ φίλοι ἀθανάτοισιν. Hinc etiam illud Poëtæ Latini, de quodam in amore suo præter expectationem fælici; Solus es, quem Dii diligunt. Sed insignia in hanc rem Ciceronis in Oratione pro L. Flacco, de Judæis verba: Quam chara Diis immortalibus (inquit) gens esset, docuit quod est victa, quod elocata, quod ferva. Plane ut hodierni demagogi, concionatores & politici, quorum pietas isto maxime (ἱερῶν μυσείας) tibicine nititur: per quos non stabit, opinor, quin ad Mahumedanos ocyus (quibus est commodum) transeant, qui longe plura & insigniora (ut jam non uni observatum) in hoc genere jaçtare possunt, quam (si miraculosa Vet. Testam. omitamus) quævis alia gens potest.

Huic igitur vesanæ hominum opinioni, qua veræ pietati nihil perniciosus, ut contraireret Epictetus, & suo exemplo ad saniora de nobis ipsis aliisque judicia præiret; generosam hanc de  
sua

*sua fide professionem edidit; Servum se natum; (quæ vilissima in terris conditio:) corpore quoque (cujus charitas omnibus maxima innata est:) mutilatum fuisse, sed & egenum (ne quid malis deesset) ad mendicitatem usque: in hac tamen tam miserabili, tam vili (si hominum judicia spectentur) conditione, tantum abesse ut à Diis neglectum se crederet, ut de amore ipsorum & charitate non dubitaret. O virum! ô sententiam dignam quæ cordibus omnium, qui ad veram beatitudinem & æternas sedes aspirant, inscribatur; & memoriæ præsens semper obversetur. Jam dixi, sensum verborum ex intima Sacri Volum. philosophia promptum videri posse. Sed & verba non uno loco non dissimilia: qualia Davidis ista: ואני עני ואביון אדני יהשב לי: Psam. 40. vers. ult. quæ recentior interpres haud male: Sum quidem pauper & egenus: Sed Deus cogitat de me: quem recentior & accuratior Anglica versio secuta est; But I am poor and needy: yet the Lord thinketh upon me. Belg. Ik ben wel ellendig ende noodduchtig / maar de Heere denkt aan my.*

*Observavi non paucos in Distichi hujus scopo longius aberrare. Flor. Christianus (vir alias in istis incomparabilis) non adeo fæliciter hic;*

Servus Epictetus, Diis charus, pauper ut  
 Irus:

Quin & parte aliqua corporis orbis  
 eram.

*Melius, sive is Politianus, sive alius, qui servato verborum ordine, qui magnum hic habet momentum, vertit,*

Servus *Epictetus*: mutilati corporis: Irus  
Pauper: at hæc inter charus eram superis.

*Longissime illi à sensu abeunt, qui nescio quam jactationem in verbis ariolantur, modestiæ philosophi minus convenientem. Hactenus Casaubonus.*

Illud, sive distichon, sive epigrammation, *Leonidæ* nomen præfert in *Anthologia* lib. III. cap. xxxiii. ubi legitur, ἡ σῶμ' ἀνάπηγος. nec alia scriptura in expressis *Brodæi* & *Lubini*. Sed *Agellius* lib. II. cap. xviii. & *Macrobius*, (quos sequuti *Vives* & *Lipsius*) ediderunt; σώματι πηρός. Hæc aperit *Simplicius*, ad *Enchiridii* cap. xiiii. Καὶ τί νῦν ἄλλων δεόμεθα παρεδειγμάτων; ὅτε αὐτὸς ὁ πῦρ λέγων Ἐπίκτητον, καὶ δοῦλον ἦν, καὶ τὸ σῶμα ἀδυνάτου, καὶ χολὸς ἐν νέῃς ἡλικίαις, καὶ πενίᾳ ἀκροτάτῳ ἐπετίθεισεν, ὡς τὸ ἐν Ρώμῃ οἶκημα αὐτοῦ μηδέποτε κλείθει δειπῶν, ἅτε μηδὲν ἔνδον ἔχον, εἰ μὴ τὴν σιδερά καὶ τὴν ψάθον, ἐφ' ὧν ἐκάθουδε, καὶ εἰς τὸ ἐστὶν ὁ λέγων· Χόλαισις σκέλευς ἐμπόδιον, παρὰ αἰρέσεως δὲ εἰ, ἐὰν μὴ αὐτὴ δέλη. *Atque adeo, quia alia exempla requirimus? cum is ipse qui hoc dicit Epictetus, & servus fuerit, & infirmo*

\*\*\*\*

*firmiter*

firmo corpore, & ab ineunte ætate claudus, & extremæ paupertatis ita studiosus, ut ejus domuncula Romæ nullis unquam claustris eguerit, ut in qua nihil esset præter lectulum & calcitram in quibus dormiret. Et is est qui dicit, Claudicationem pedi esse impedimento, non voluntati: nisi ipsa voluerit. Habes Stoici sapientis claudicationem, paupertatem, domunculam: nunc de vita ejusdem quædam accipe. Idem Simplicius ad cap. XLVI. ait: Ο΄ θαυματὸς ἔπος Ἐπίκτητος μὲν τὸ πολὺ χρόνον ἀγαπέλας, ὅψι ποτε γυναικᾶ παροσελάβετο παιδίον τροφὸν, ὅπερ ἐκπίθεσθαι μέλλον ὑπὸ ἵνους τὸ αὐτῆ φίλων ἀγᾶ πείλαι, αὐτὸς λαβὼν ἀνεθρέψατο. Id est: *Admirandus hic Epictetus cum magnam ætatis partem solus exegisset, sero tandem mulierculam nutricem ascivit puero, quem ab amico quodam suo, propter inopiam exponendum ipse susceptum educavit.* Notabis, Macrobiani verba, quæ paulo ante exhibuimus, ab his, *De Epicteto autem philosopho*, adusque epigramma, Δεῖλ, ex Agellii Noctibus αὐτολεξεί esse transcripta. Lucernam fictilem à morte ejus tribus drachmarum millibus vænisse, ex vero scriptum ab auctore vitæ. Cui concinit illud Italiæ miraculum Angelus Politianus, Epistola ad Laurentium Medicem. Neque aliter scribere potuere, cum iis sic præiret Lucianus, libello Περὶ ἀπαίδευτον. Lege sodes illius verba: Καὶ τί σοι

NOTE IN HOC DIST.

τ' Ὀρφεία, inquit, ἢ τ' Νέαιθον λέγω, ὅπως καὶ ἡμᾶς αὐτὸς ἐγένετό τις, καὶ ἐπὶ ἐπὶ οἶμα, ὅς τ' Ἐπικλήτης λύχνον ἔσεικῃ, κεραμῆν ὄντα, τετραχιλίων δραχμῶν ἐπέλατο. *Et quorsum tibi Orpheum & Neanthum propono? cum & nostra etate quidam fuerit, & ut puto adhuc sit, qui Epicteti Stoici lychnum fictilem ter mille drachmis emit.* Sed vide, emptoris illius fatuum caput sale nigro quam festiviter defricet: Ἡλπιζε γὰρ οἶμα κακεῖν, inquit, εἰ τ' νυκτῶν ὑπὸ ἐκείνῳ τῷ λύχνῳ ἀναγνώσοι, αὐτίκα μάλα καὶ τὴν Ἐπικλήτης σοφίαν ὄναρ ἐπιτήσασθαι, καὶ ὅμοιός ἐσται τῷ θαυμαστῷ ἐκείνῳ γέροντι: *Scilicet futurum sperans, ut si noctu ad istam lucernam legeret, illico Epicteti sapientia in somnis ad se veniret, similisque admirando illi seni evaderet.* Miror vero sagacem accuratissimumque Lipsium de mille drachmis sensisse, & scripsisse, ut ex antedictis claret. Nisi forte ἀμάρτημα sit μημονικόν, cujus generis plurima apud magnos viros, etiam veteres, præsertim Ecclesiæ Græcos Latinosque Patres observavi: aut pro τετραχιλίων legendum putaverit χιλίων. Sed princeps editio *Veneta*, quæ penes me est, aliæque ad hujus fere normam expressæ omnes, in τὸ τετραχιλίων conspirant. Cæterum de cœlibe *Epicteti* vita, post *Simplicium* rectissime scripsit idem *Lipsius*. Utriusque sensum è *Luciani Demonacte* sic firmabo, ut nemo nisi pertinax obloqui possit.

MEER. CASAUB. NOTÆ IN HOC DIST.

Ἐπεὶ δὲ ποτὲ ὁ Ἐπίκτητος ἑπιτημῶν ἅμα σωτὴρ  
 βέλευεν αὐτῷ ἀγαγέσθαι γυναικᾶ, καὶ παιδοποιήσαι-  
 σθαι, ᾤρεπεν γὰρ καὶ τῷ φιλοσόφῳ ἀνδρὶ, ἕτερον  
 ἀνθ' αὐτῆς καταλιπεῖν τῇ φύσει, ἐλεγκτικώτατος  
 πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο, ἐκὲν ᾧ Ἐπίκτητε, δός  
 μοι μίαν τῶ σαυτῆς θυγατέραν. Hoc est: *Quum*  
*aliquando Epictetus simul objurgando suaderet*  
*ei (Demonacti) ut duceret uxorem, & libe-*  
*ris procreandis operam daret, cum hoc etiam*  
*viro philosopho conveniat, ut suo loco alterum*  
*naturæ relinquat, argutissime ei respondit. Da*  
*mihī igitur, Epictete, unam tuarum filiarum.*  
 Erat hic Demonax inter principes ævi sui  
 Philosophos; quem tota Græcia plurimis of-  
 ficiis exquisitissimisque honoribus prosequē-  
 batur. Sed de his alibi dicemus. *Blancar-*  
*dus.*



# ANGELI POLITIANI

PRO

## EPICTETO STOICO.

*Ad Bartholomæum Scalam Epistola.*

**T**U quidem, mi *Scala*, non contentus & strenui militis & fortissimi imperatoris officio defungi; etiam tyrunculos tuos (quæ tua in omni re diligentia est) ocio situque languescere non finis; Sed vel de tabernaculi umbraculis ad campi pulverem, ad sudorem, ad palum vocas: quippe qui omnis militaris numeros ad te unum pertinere, jure intelligas. Putabam equidem factum à me factis, quod *Epicetum* essem de Græco interpretatus: tu me ad eum quoque tuendum quasi tuba nunc classicoque excitas. Igitur quod Horatius inquit, Libenter hoc, & omne militabitur bellum in tuæ spem gratiæ. Arcem tu quidem ipsam verequetotius urbis caput oppugnans; qui primum *Epicleti* caput, quasi totius circuli aut globi potius, quæ perfectissima figura sit, punctum aboleas. Tria autem sunt quæ objicis, sed quæ vel maxime a præcipiendi ratione abhorreant: quod *obscura*, quod *supra hominis vires*, quod *falsa præceperit*. *Obscura*, ut cum negas explicatum ab eo, quænam tandem nostra sint opera. *Supra homines vires*, ut cum nos naturæ imperio gemere asseveras: id quod plus posse, pollereque affirmas, quam ullam hominis facultatem. *Falsa*, ut cum corpus contra *Epicleti* sententiam in nobis esse

\*\*\* 3

COU

contendis, quoniam ex animo ut ais, constemus & corpore. Ea mihi nunc, quando id tibi placet, refellenda, dicendaque nonnulla; non quidem ut te doceam, id enim esset quod Græce dicitur *sus Minervam*, neque ut me legitimum *Epieteti* propugnatores contra te putem; non enim vel ego tanto me dignor honore, vel *Epieteto* tam faveo quam te illi favere certo scio: sed ut impositam a te nobis personam, quantum in nobis sit, sustineamus. Proferam tamen in primis nonnulla in medium, & quasi semina jaciam, è quibus quemadmodum fabulæ terrogenas viros Thebis aut Colchis fatu dentium enatos dicunt, ita omnes *Epieteti* nostri pugnacissimæ instructissimæque copiarum exoriantur. Sed ut Homerus irruenti in Græcorum castra Hæctori Salaminium Ajacem, ita nos tibi Atheniensem Platonem objicemus. Is igitur Plato in eo libro qui de hominis natura inscribitur, Socratem cum Alcibiade illo, cui pulchro cognomen fuerit, disputantem inducit: quo in libro nihil aliud esse hominem quem dicimus probat, nisi rationis participem animum. Nam ut cerdo, inquit, subula, ita homo ad agendum manu utitur. Hoc sumpto, & secundum assumit. Aliud autem est, inquit, quod re utitur quæpiam, atque ea res qua utitur. Nam illa instrumentum est. Tum inducit, homo vero is est, qui suoptè corpore quasi instrumento utitur. Corpore autem ipso quasi instrumento, vel in artificiis, vel in actionibus reliquis, nihil omnino aliud utitur, quam ratione particeps animus. Mox & aliud sibi ex his vindicat, quod corpore utatur, idem & corpori dominari. Tum dividit ad hunc modum. Necessè est hominem aut animum esse, aut corpus, aut utrumque simul. Si ve-

## DEFENSIO PRO EPICETETO.

ro homo quidem corpori, sibi vero ipsi corpus non  
 dominetur, minime ipsum corpus homo est. At ne-  
 que utrumque simul. Si enim qui corpori dominetur  
 homo est, corpusque ipsum minime dominatur, haud  
 profecto utrumque simul est quod dominatur. Præter  
 hæc, si suapte corpus natura immobile est, animus  
 vero is qui moveat: hoc autem re ipsa in artibus vi-  
 demus, artificem esse qui moveat instrumenta quæ  
 moveantur, nihil est dubium, quin corpus instru-  
 menti vicem adversus animum habeat. Ipse igitur ho-  
 mo est, quique hominis curæ studet, animum cu-  
 ret: qui vero aut pecuniam, aut ejusmodi alia cu-  
 rat, is non modo hominem non curat, sed ne ho-  
 minis quidem instrumentum. Jam ergo vel Platonis  
 auctoritate, quæ tanta quidem est, ut quasi illa Vir-  
 giliï fama caput inter nubila condat; vel ferreis illis  
 suis atque adamantinis rationibus, constare nimirum  
 arbitror, non esse in nobis corpus. Ut jam menda-  
 cii crimine, si videtur, *Epicetum* absolvas. Sed  
 pergamus. Triplex apud Platonem virtutum est grâ-  
 dus. Sunt enim supremæ omnium, quas vocant e-  
 xemplares: quales in sapiente requirimus, in Deo  
 statuimus. Quæ sequuntur, purgati animi dicuntur:  
 quales in eo esse philosopho volumus, qui se ab om-  
 ni corporis labe contagioneque avocarit. Unde & in  
 Protagora Plato idem, cujus mihi dulcissimum in or-  
 re versatur nomen, emoriendum ei esse dicit, qui sit  
 philosophus evasurus. Tertium est virtutum genus,  
 quas purgatorias vocant; quales in continente esse sta-  
 tuimus, negamus in temperante. Has sibi virtutes  
 is jure vindicet, qui rationis participem ani-  
 mum vere hominem esse sibi persuaserit, quique  
 neque corpus animæ esse partem judicet, ne-

que ad hominem perficiendum concurrere ipsum arbitretur: sed eo quasi instrumento utendum, animum induxerit. Nam qui aut paria aut superiora corpori tribuat: eum non magis esse hominem putandum est, quem bruta illa quæ vocamus animantia: quæ natura (ut egregie Sallustius inquit) pronæ ac ventri obedientia finxit. Animi ergo (ut idem inquit) imperio, corporis servitio magis utimur: ut quo uno a belluis differamus, quoque uno substantia hominis constet, id nobis liberum servemus. Corpore autem ipso non quidem ut parte aliqua animo adjuncta, sed ut instrumento utamur. Hunc *Epietetus* hominem instituendum accepit. Neque enim vel ille sapiens his præceptis indigebat, qui se jampridem in libertatem vindicavit, quique metus omnis, & inexorable fatum, subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari. Neque cum eo sibi negotium esse putat, qui a sua tantopere natura degneravit, ut sit in brutorum numerum referendus. Hunc si hominem accipias, jam, ut arbitror, quæ sint hominis opera non ignores. Qui autem dixerat conatum (quam & appetitionem dicere possis, cum Græcis sit *horme*) item appetitum, opinionem, ac declinationem in nobis esse, is procul dubio quum statim subjiciat, & quæcunque nostra opera sunt, ea nostra esse definit, quæ ex iis quæ sint in nobis deducantur. Utrum vero corporis animine sint, qui a nostris affectus seu perturbationes, *pathe* a Græcis vocentur, major profecto est quæritio, quam quæ hoc tempore explicanda sit. Pertinere tamen ad animum eos omnis affectus, nemo fere est quin fateatur. Sed ita pertinere, quemadmodum prospera adversaque valetudo ad corpus. Neque enim minus hî animo, quam illa

DEFENSIO PRO EPICTETO.

Corpori, vel profint vel officiant. Quicquid igitur  
 hi peccant affectus, quicquid agunt, nostrum est  
 opus. Ut igitur in corpore temperamentum illud ha-  
 bitudinis, quam symmetriam vocant, bonam corpo-  
 ri valetudinem præstat, excessus vero defectusque au-  
 ferunt; idem profecto & in affectibus accidit. effræna-  
 ti enim illi & violenti miserum hominem, moderati  
 vero & compositi felicem constituunt. Sed quum sit  
 animus, id quod & Plato idem divine scribit, velut  
 auriga quidam & rector; is si & stimulis parcat & lo-  
 ris fortius utatur, facile ad calcem secundo cursu per-  
 veniat: si vero aut lora nimis remittat, aut acrius  
 quam par est stimulis citet, is ceu Phaëthon, aut  
 Bellerophon aliquis præceps feratur necesse est. Hac  
 igitur ratione, miseri felicésne evadamus, in nobis  
 est. Quæ vero nostra sint opera, facile colligas,  
 cum quæ ad nos pertineant ratiocineris. Quicquid er-  
 go toto præcipit libro, in nobis est: stulte enim,  
 quod non foret, præcepisset. Obscurus igitur aut  
 perplexus noster *Epictetus*; quo neque planius quic-  
 quam, neque enucleatius, neque etiam lucidius ne  
 optare quidem ausis? Ut in eum nedum tui isti  
 lyncei oculi, sed vel hebetissimi quique inspicere pos-  
 sint. At sunt, inquis, ardua nimis, supraque homi-  
 nis vires, quæ præcipit. Quidnam? id tandem, si  
 filium, si uxorem amas, dic te hominem amare:  
 mortuo enim non perturbaberis. Utrum ne igitur  
 quod præcipit, an quod pollicetur, ut difficile fa-  
 ctu reprehendis? Si quod præcipit, jam tu quæ in  
 communi vita quotidie, quæ in foro, quæ in trivi-  
 is jactentur, factu difficilia putes. Quis enim non ali-  
 quando quæ sint eventura cogitat! At Terentianus ille  
 scrvulus, O! inquit, *Demea, istud est sapere, non quod*

ante pedes modo est, videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere. Et ut scenæ immoremur, audi senem apud eundem: *Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque incredibile hoc mihi obtigit. Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituerre. Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maxime, tum maxime meditari secum oportet, quo pacto adversam ærumnam ferant. Pericla, damna, exsilia peregre rediens semper cogitet. Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ: Communia esse hæc, fieri posse: ut ne quid animo sit novum: Quidquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. Quam vero & illud Virgilianum grave est: Nesciamens hominum fati fortisque futuræ, & servare modum rebus sublata secundis. Vides ut hæc non sunt obruta, ut passim exposita: vides quam uterque poëta hanc eventorum anticipationem ad cælum tollat; quod ei contrarium sit, ad manes deprimat. Sed ne in re manifesta minime necessariis argumentis ambiciosius utar, pergam quo tendis: neque enim tam quod præceperit, reprehendi a te intelligo, quam quod ille deinde nimis magnifice polliceatur. Non videlicet perturbatum iri nos, si hæc præmeditata nobis fuerint, liberorum, aut uxoris morte. Huic tu præcepto naturæ augustum nomen, quod maximum, ut physici dicunt, ad omnis affectus momentum habeat, quasi Ajacis illum clypeum objectas. Naturæ enim, inquis, imperio gemimus: an vero hic noster lachrymas arcet, qui etiam præcipiat, ut vel in alienis luctibus, si opus sit, conferamus gemitus, pateriterque fleamus; neque tamen sibi Juvenalis, cujus id dictum est, concedi a nobis postulet? Cogi nos in liberorum funere ad lachrymas, naturæ imperio.*

## DEFENSIO PRO EPICTETO.

perio. Naturæ autem nemo resistit: cui qui advesetur, is gigantum more, quod dicitur, cum diis bellum gerat. Multos enim legimus, in charissimorum sibi pignorum obitu, lachrymis fletuque abstinuisse: ut Atheniensem illum Solonem, ut Censorium Catonem, qui ambo sapientes & fuerint, & sint habiti. Non sunt quidem hæc factu facilia, non supra hominis tamen sunt vires. Si das in uno hoc, aut altero, dabis profecto & in multis; utarque eo demonstrationis genere, quam inductionem Dialectici vocant, qua plurima apud Platonem philosophorum principem Socrates utitur. Ut necesse sit, cum quidem in uno, aut altero homine, actu id extitisse concesseris; idem in universa quoque specie; virtute saltem facultateque inesse non diffiteare. Vides igitur ut Stoico huic nostro sua ratio constet, vides ut dilucide, ut expresse loquatur; vel quod per universum librum, quæ sint nostra opera, disseminat: ex iis enim solis præcepta ducit; vel quod affectus illos animi enumerarit, a quibus quasi fontibus nostra omnia opera deducantur; tum quantopere ad ejus vestigandi sensum Platonis illa sagaciter comprehensa disputatio faciat. Vides ut non est in nobis corpus. Quanto vero dii boni, quo pugnatore, quibus se rationibus tuetur! ut si falsa loquutum pervicacius contenderimus, ipsam in nos Platoniam majestatem, omnemque Academiam concitemus. Tantum vero abest, ut magis ardua sint præcepta quam quæ natura hominis efficere possit, ut etiam indulgentissimus videatur *Epictetus* noster: qui nec ea quidem sibi præcipienda permiserit, quorum non modo virtus aut facultas, sed actus quoque exempla que passim extiterint. Cætera quæ in Epistola tua sis machi-

chi:

chinatus, nullo negotio si hæc dederis demoliamur. Cur enim ut aridam succoque carentem divisionem illam vexes, qua ille paucissimis verbis scienter circumspicteque omnia quæ sunt suas in partes tribuit, non intelligo. Nam & quod tute non is inficias, nihil eorum quæ sunt eam divisionem effugiat; & secunda divisione minime indiget, cum utraque pars uniformis supersit: ut jam si dividere iterum tentes, comminuas potius aut dilaceres, quam distribuas. Non ergo aridum hoc est, sed vere corpus solidum & succi plenum: neque enim quicquam ei divisioni superest, neque deest: nulla inest nugacitas: verbis utitur propriis, comprehensione aptissima, nihil ut excogitari circumspicte possit. At dixerit fortasse hic aliquis, cur autem non a principio *Epicætetus* iste, ostendit, qualisnam is homo foret, quem instituendum acciperet. Ostendit ille id quidem, sed paucis. Quid enim non ille hoc ostenderit, vel qui corpus ipsum, aliaque id genus negarit esse in nobis? At id planius oportuit & pluribus. At non in abdito hoc erat, sed in promptuario ad manum volenti id sumere, ac præsto erat. Quid enim Platone ipso illustrius? Potuit tamen, inquis, Platonis illa argumenta in pauca conferre. Potuit, sed non tam decuit: præcepta enim hoc libello tradit, & quasi leges promulgat, non contentionibus pugnat: suus cuique professioni finitus est terminus; ultra si progrediare, ex jure manum confertum in iudicium sis vocandus. Vides ut mathematici demonstrationum suarum principia non probent, sed earum patrocinium ei, quem primum philosophum dicimus, commendent. Ad eum enim illa pertinent, quæ universaliter nuncupantur. Punctum, inquit *Euclides*, id est cuius pars nulla



## DEFENSIO PRO EPICETETŌ.

nulla est: negato id, obmutescet mathematicus; sed  
 adest periclitanti philosophus. Quid ille tandem?  
 Quod rem, inquit, quampiam finit: ideo quod a se  
 finitur, uno intervallo minus est. Extorserit id, jam  
 perget. Tria corpus intervalla habet. Id a superficie  
 clauditur: cui duo tamen adsint, longitudo, &  
 latitudo. Profunditatem enim minime illa quidem  
 naeta est: ea videlicet una a corpore deficit. Super-  
 ficies autem, quæ duo intervalla habeat, linea ter-  
 minatur, cui unum tantum intervallum adsit, quæ  
 longitudo sit. Linea postremo a puncto finitur,  
 quod etiam procul dubio carebit intervallo: quo-  
 niam id verissimum est, quod dictum sit, omnem  
 terminum uno intervallo ab eo quod terminetur de-  
 ficere. Ergo & *Epictetus* hunc ita libellum ordi-  
 tur, ut quod a Platone probatum sit, pro concessio  
 accipiat, atque eo omnem præceptorum seriem in-  
 tertexat. Igitur ut apud Homerum Ajacis se clypeo  
 Teucer defendit: ita & Stoicus hic noster sub Pla-  
 tonis rationibus, quasi sub clypeo audacter pugnat.  
 Non ergo limites, quibus se circumscripterat,  
 transgredi decrevit: ne quod ajunt, extra chorum  
 saltare cogeretur. Hæc quæ pro *Epicteto* dicerem,  
 in præsentia succurrerunt; eaque plura nimium fuisse  
 intelligo, quam epistolæ ratio postularet: non  
 plura tamen, neque pluribus, ut arbitror, expli-  
 cata quam oportuerit. Quæ si accipis, mi *Scala*,  
 cocant jam in fœdera dextræ: sin respuis, age jam  
 qualem oppugnatorem præbueris, talem & *Epi-  
 ceto* propugnatorem præsta. Atqui eum quidem  
 & fuisse magnum virum omnes tradunt, & mihi  
 centies repetitus perpetuo placet. Verendum tamen  
 est, ne meus mihi labor, tanquam scitus filiulus  
sub-

subblandiatur: idque vel auctori ipsi apud me gratiam conciliet; tibi vero, quod me ad hanc veluti pugnam provocaris, gratiam habeo. Pertinet enim, id quod & Aristoteles ait, ad ingenii profectum contentiosa disceptatio, ut jam divine Homerus pugnam ipsam, quæ homines reddat illustres, *κῶ- διαίρειαν* vocet: nec minus egregie noster ignobile ocium dixerit. Quare ut me sæpe vel irrites, etiam atque etiam te rogo. Est enim, mi *Scala*, reluctandum his temporum turbinibus literarum & philosophiæ studiis; ut jam nos ipsos nobis, quantum liceat, afferamus. Tua vero opera, quam tu quidem liberalissime, ut soles, pollicere, non minus fidenter, cum usus venerit, utar, atque ad hanc diem sum usus. Vale Kal. Sextilibus Mccoc LXXIX. Fesulis.

IN EDITIONEM

EPICTETI

NOVISSIME PURGATAM

ET

NOTIS ILLUSTRATAM



VIRO DOCTISSIMO

J. CASPARO SCHRÖDERO

Scholæ DELPHENSIS Rectore  
& Collegii Literarii, quod  
ibidem est, Moderatore.

*S*toïca si quis amet veterum præcepta Sopho-  
rum,

*Et morum possit simplicitate capi;*

*Sincerèque probet vitæ dictata severæ;*

*Quis intrat mitis turbida corda quies:*

*Sua-*

*Suavis Epicteti legat aurea scripta libelli:*

*Quæ mentem satient, hæc monumenta dabunt.*

*Pellibus exiguis arctat normam ille decori,*

*Dum verum ex animi dexteritate docet.*

*Quam benè de libris studiisque merentur & artes,*

*Qui tollunt docta sphalmata fæda manu!*

*Hanc merito laudem SCHRÖDERUS vindicat, ille*

*Vestræ, Delphenfes, non levis urbis amor.*

*Hunc pietas, hunc sancta fides, atque ardor honesti*

*Finxit, & ingenium Musa benigna dedit.*

*Vindice SCHRÖDERO, quo vix solertior alter,*

*Discit cum Latio, Græcia pura loqui.*

JOANNES VAN DAM.

ΕΠΙΚΤΗ-

# ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

## ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

# ΕΡΙΣΤΕΤΙ

## ENCHIRIDION.

ΚΕΦ. Α.

**Τ**ῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ ἐκ ἐφ' ἡμῖν. Ἐφ' ἡμῖν μὲν ἡσυχία, ὄρμηξ, ὄρεξις, ἔκκλησις καὶ ἐνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. Ὅσα ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξα, δαχναί. καὶ ἐνὶ λόγῳ, ὅσα ἐκ ἡμέτερα ἔργα.

С Л Р. I.

**R**es quædam in potestate nostra sunt, quædam non sunt. In nostra potestate est opinio, appetitio, desiderium, aversatio; & ut uno complectar verbo, quælibet nostræ actiones. Nostri arbitrii non sunt corpus, pecunia, gloria, imperia: ad summam, ea quæ ipsi non agimus, omnia.

Tribuitur hoc Enchiridion Epicteto, quamvis ipse id non scripserit, sed Arrianus, qui & uberio rem in id commentarium edidit, quo disputationes Epicteti plenius prosequitur. Testatur id Simplicius in præfatione commentarii ad hunc libellum hisce verbis: Τὸ δὲ βιβλίον τῆτο τὸ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον, καὶ τῆτο αὐτὸς συντάξεν ὁ Ἀρριανὸς, τὰ κριωτάτα καὶ αναγκαυτάτα ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ κινήσιματά τῃ ψυχῶν ἐπιλεξάμενον ἐκ τῆ Ἐπικτήτου λόγων. Hoc est:

*Idem Arrianus & hunc libellum, quod Enchiridion inscribitur composuit, delectis ex Epicteti disputationibus philosophia locis maxime idoneis ac necessariis, & animos vehementissime permoventibus. Seneanus.*

2 Non solum pugio Græcis hoc nomine vocatur, sed etiam quidquid ad manum est, & in usum promptum & obvium, & instrumenta quælibet ac vasa ἐγχειρίδια, quæ parata & in manu semper gestanda. Hesychius. Ἐγχειρίδια, σκευή καὶ ὄργανα σκευῶν, ἢ χειρὸς ἡμῶν.

ρατα καὶ τὰ ἐν χειρὶ. Suidas, Ἐγχειρίδιον ξίφος, ὄργανον, τμητικὸν ὄργανον. Sed quare τμητικόν? Ita tamen & Hesychius: Ἐγχειρίδιον, ξιφίδιον μικρόν, ἢ τμητικόν ὄργανον. An quia Ἐγχειρίδιον gladiolus est & pugio, non potest usurpari nisi de instrumento τμητικῷ? Atqui Ἐγχειρίδιον crederem dici id omne quod ad manum, vel in manu est. Certe ea pars remi quæ manu retinetur Græcè Ἐγχειρίδιον vocatur. Pollux: τὸ δὲ κάππε τὸ μὲν ἔλαμβάνονταί οἱ ναῦται, ἐγχειρίδιον. In his titulus librorum Ἐγχειρίδιον vix aliud queat esse quam πιννακίδιον ἐγχειρίδιον: Nam ἐγχειρίδιον hic est adjectivum, quod substantivi vice usurpatur, & subauditur aut βιβλίον aut πιννακίδιον. Cum pro ensiculo accipitur Græce, subintelligitur ξίφος, & integrum est Ἐγχειρίδιον ξίφος. Salmasius.

Enchiridion inscribitur, quod pugionem significat, quia ut pugio militibus, ita hic libellus iis, qui recte vivere student, in promptu esse perpetuo debeat. Facit idem magnum patriæ nostræ lumen Erasimus, inscriptione istius libri, quo Christianum militem adringit. Est vero titulus hic ab Arriano; qui delectis ex Epicteti disertationibus locis philosophiæ Ethicæ, maxime necessariis, & animos vehementissime permoventibus, hunc libellum seu epitomen disputationum Epicteti in lucem emisit. Seneanus.

3 Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν. Res quædam in nostra potestate sunt. ] Cum sententiarum Epicteti bona pars pendeat ab intellectu distinctionis eorum, quæ sunt in nostra potestate, & quæ non; opera pretium fuerit attendere quid intelligat author per hanc phrasin, esse in potestate nostra, aut non esse. Quod Simplicii verbis explicabitur. Sic itaque ille. In nostra potestate ea esse dicit, quæ nec ab alio habemus, nec ab ullo alio impediri possunt: cuiusmodi sunt motus animorum, qui intrinsecus suo iudicio & arbitratu cidentur. Voluntas enim ex-

trinsecus moveri non potest, id est objectis forinsecus advenientibus suo moveri, et necessario promoveatur, nec libertate sua, qua illi insita est fruatur. Quamvis enim id quod expetitur, extrinsecus sit: ipse tamen motus ad illud, intrinsecus est; velut, hoc illo modo sentire de rebus; ut, divitias aut mortem, aut aliud ejus generis, vel bonum vel malum, vel neutrum esse. Huic etiam phrasin enucleandæ est quod dicit Simplicius: Nec enim idem est voluntarium: & id quod in nostra potestate est: sed voluntarium est id quod præcipue expetitur: in nostra potestate vero, quod amplecti possumus, sive propter se, sive propter mali gravioris fugam. ὑπόληψις est id, quod de unaquaque re sentimus; ut, fugiendum esse flagitium, philosophiam mederi animis. Opinionem non male reddidit interpres. Possis & vertere apprehensionem. Eam Simplicius cap. 11. φαντασίαι nomine venire censet. Ὁρμὴν Cicero alias appetitionem, alias appetitum, alias motum animi interpretatur Ἀφρομένη hujus contrarium est, videlicet averfatio; nempe Stoica; qui peculiari quadam ratione hinc vocibus utuntur; non vero ea, quæ communiter in usu est; cujus exemplum est cap. 70. Idem.

4 Ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν ὑπόληψις. In nostra potestate est opinio. ] Negat hoc Homerus, quum, Cicerone interprete, scribit:

Tales sunt hominum mentes, qualis pater ipse

Juppiter auctiferas lustrâris lampade terras.

Homeri veritas sic habent:

Τοῖς γὰρ νόοις ἐστὶν ἐπιχθονίῳ ἀνθρώπων.

Ὅτιν' ἐπ' ἡμᾶς ἀγῆσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed hunc scrupulum Simplicius eximit. Wolfius.

5 Ὁρμὴν, ὄρεξις. ] Nolim ego de verbis istis cum quoquam acrius contendere, cum certum sit aliter Ciceronem, aliter Senecam, aliter alios

alios veteres reddidisse. Wolfii tamen inconstantiam, aliis quoque notatam, in versione probare non possum. qui cum hic ὀρεξίν appetitionem (ex Cicerone) vertat: ὄρεξιν autem desiderium, (ex Seneca:) paulo post, (ut cap. 6.) ὀρεξίν appetitionem, Latine sonare maluit. Sed, nec viris summis assentior, qui Senecam ὄρεξιν appetitionem; ὀρεξίν autem impetum semper reddere affirmant. Nos aliter observavimus: cum per ὄρεξιν intelligitur appetitus naturalis, qualis hominibus bestisque communis est, ut est appetitus cibi, potus, &c. tum Senecam verbo desiderium uti: cum autem appetitus qui rationis imperio subjacet, tum appetitionem verbum potius usurpare. Nos quidem scrupulosi non sumus. Quæ tamen ab aliis adferuntur, quæque nos observavimus ipsi, diligenter expensis, ita statuimus: ὀρεξίν, impetum; ὄρεξιν appetitionem, tutissime reddi: quod semel monuisse sufficiat. *Cassiodorus.*

Ὅσα ἡμέτερα ἔργα. *Quæcumque nostra actiones.*] Ἐργον Ciceroni est, aliàs opus, aliàs res, aliàs opera, aliàs difficultas. Ego hic ἔργον intelligo, non munus officii, τὸ καθήκον, in qua significatione sæpe capitur: sed ἐνέργειαν, actionem, id quod aut animis agimus, aut ministerio corporis agimus, sive bonum, sive malum: ut cum agimus prudenter, justè, fortiter, temperate: contravè, libidinosè, effeminatè, injustè, temerè: cum philosophamur, irascimur, cupimus, deambulamus, lavamus, scribimus, legimus, & id genus alia, quæ homo suapte naturâ, suoque arbitrato facere potest aut non facere, nisi morbo aut externa vi impediatur. Quod cum sit, actiones illæ in potentate nostra esse desinunt, opinor. & opinio tantum, appetitio & desiderium, horumque contrario declinatio & averlatio, nobis relinquuntur. Cum autem morbi sint, qui animum etiam tentent, ut phrenitis, raelancholia, veterus, apoplexia, epilepsia, vulnora capitis, cerebri

læsiones, similesque pestes, etiam illa, nisi fallor, evanescent, quæ sola in nostra potentate esse affirmat Epictetus. Sed loqui Stoicos de natura integra, & non impedita, probabile est, quæ tamen quamdiu talis permanura sit, constare nemini profecto potest. Consideret ergo quisque secum, veriùsne ista dicantur, an magnificentius? Animi tamen bona dotibus corporis, & fortunæ muneribus præstare, ac diuturniora esse, extra controversiam esse arbitror. Quicquid tamen egeris, nunquam id consequeris, ut a Fortunæ tyrannide sis immunis: hoc est, ut Deus ea tibi non auferre possit, quæ largitus est. Valeat ergo Thrasonica illa vox, & inter Stoicos hyperbolas numeretur, προκατειλημμά σοι, ὃ τύχη, καὶ πᾶσαν ἀφῆρημά σοι τὴν παρῆσδυσιν. hoc est, Anteverti tibi Fortuna, & quasi vallo firmissimo opposito, omnes tibi aditus, omnes cuniculos interclusi. Prudentius ille, qui distichon illud per se insolens, picturæ hominis mortui adscripsit: cui, si in C H R I S T O Servatore obdormierit, verè convenit:

Ἐλπίς καὶ τύχη μέγα χαίρετε  
τὸν λιμέν' εὖρον.

Ὅσδ' ἐμοὶ χ' ὕμιν παίζετε  
τὲς μετ' ἐμᾶ.

*Inveni portum, Spes & fortuna  
valete:*

*Nil mihi vobiscum: ludite nunc  
alios.*

Neque enim spe sua frustrabitur, neque timebit quicquam, mortuus in Domino. ab omnibus fortunæ injuriis & ludibriis immunis, atque in portu tutissimo securus & beatus conquiescit. *Wolfius.*

Ὅσα ἡμέτερα ἔργα. *Quæcumque nostra actiones.*] Hic ἔργον idem notat quod ἐνέργεια, qua voce significatur omne id quod aut animis agimus, aut ministerio corporis perficimus, sive bonum sive malum: ut cum agimus prudenter, justè, for-

riter, temperanter: aut contra: item cum philosophamur, irascimur, cupimus, deambulamus, lavamus, scribimus, legimus, & id genus alia; quæ homo suapte natura, suoque arbitratu facere aut non facere potest, nisi morbo aut externa vi impediatur. Quod cum sit, actiones illæ, quatenus servitio corporis indigent, in potestate nostra esse desinunt. Vide principium capitis noni. Corpus, possessionem, & reliqua quæ sequuntur, in nostra potestate esse negat, non quia animus ad hæc quoque, & horum contraria, aliquid conferat; (nam & corpus & res familiaris animo procurante pulchrius gubernatur;) sed quod his rebus non solus animus dominetur, & ad ea consequenda multis aliis adiumentis egeat. Videndus Simplicius. *Senecanus.*

Ἡ οὐκ ἐφ' ἡμῶν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτήσις, δόξαι, ἀρχαί. In nostra potestate non sunt, corpus, possessio.] Nemo negabit opinor, non esse nostri arbitrii, ut perpetuo valeat, nec illo incommodo afficiatur corpus. Nam alioqui ægrotaret, mutilaretur, moreretur nemo. Etsi enim quidam apud Plinium sponsonem cum Fortuna fecisse legitur, si unquam ægrotasset: nihilominus tamen lapsu scalarum interiit. Masinissam & Cyrum, robustissimos reges, longa ætas exstinxit. Iam si divitiæ, gloria, imperia, cæteraque nobis in manu essent: quis egeret, male audiret, serviret? Quis cara uxore, liberis, amicis orbaretur? Hoc igitur extra controversiam est, non esse ista nostri juris. Illud vero cui persuaderi potest, cum nostra non sint, ne iacturam illorum molestissime feramus? Ne iis ereptis, vim & injuriam nobis esse factam opinemur? Tanta est inconstantia & perversitas. Occurrit autem Epicteto, Natura nobis esse insitum talium rerum amorem; nec posse fieri, quin iis amissis doleamus. At vicissim rogabit Epictetus: An non illud etiam natura ferat, ut sæpe illa amittamus? an repugnare in eo naturæ, sit viri boni & sapientis? Frustra præsertim,

& ultro augere sibi molestias, quæ animi æquitate minuendæ erant? Opponimus scilicet philosophis non firmiores rationes, sed affectus nostros: & pravam consuetudinem: pro quibus tanquam pro aris & focis, & monumentis majorum pugnamus: majoréne stultitia dicam, an calamitate? Quod si dies adimit hominibus ægritudinem: recta ratio cur non adimat? Cur exempla vulgi, quam virorum fortium & sapientum sequi malimus? At id quoque Natura fert, ut ipsa assuetudo molestiam leniat. Vnde pœta:

Χρὸν μάλ᾽ ἔξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβᾶσκει κακόν.

*Malum viget jam, lenietur tempore.*

Esto: sed cur non, ut servulo Comico, ita & nobis meditata omnia mala nostra sunt, ut ne quid animo sit novum? Nam & hoc docet Epictetus, & docuerunt olim multi, nec obtinuisse quenquam pœnituit. An non & divus Paulus monet, ita esse utendum mundo, quasi non utamur? Nec habitandi, sed commorandi locum hic nobis esse datum? Sed hæc alibi commodius. Illud non alienum fuerit, verba quæ obscuriora videntur, quæque subinde recurrunt in hoc Opusculo, declarare. ὑπέληξίς est opinio, sententia, persuasio, iudicium, id quod de quaque re sentimus: ut, mortem & morbum esse malum, divitias & voluptates expetendas esse, fugiendum esse flagitium & dedecus, philosophiam mederi animis. ὀρμήν Cicero aliàs appetitionem, aliàs appetitum seu appetitionem animi, aliàs motum animi interpretatur. Politianus conatum vertit. ὄρεξιν appetitum. ἀφορμὴ huius contrarium est, averfatio, cum animus abhorret à re aliqua. Hinc ὀρμῶν καὶ ἀφορμῶν, appetere, inclinare animo ad aliquid: ἀφορμῶν, averfari, abhorre. Peculiarem enim hæc verba usum habent apud Stoicos. Est & ὄρεξις appetitus: sed Cicero βέλγη-



ον, εὐλογον ὄρεξιν exponit, voluntatem quæ quid cum ratione desideret. Quare ὄρεξιν (nè vocabulorum numerus immineretur) desiderium verti. ἑκκλησίαν idem, declinationem à malis, declinationem laboris & periculi, dixit. Simplicius hunc ordinem tradit: Cum quid bonum aut malum iudicemus, omnino commoveri declinationem aut appetitionem: subsequi vero ὄρεξιν, quam animi concitationem, approbantis aut improbantis, prosequentis aut averfantis aliquid, definit. αἰρεσις est optio vel appetitio, cum Cicero τὸ αἰρετὸν optabile & rem expetendam vertat. προαἰρεσιν Simplicius ἀλλὰ τινὸς αἰρεσιν esse dicit, cum alia aliis præferuntur. Quo uno verbo commodè queat exprimi,

*Grammatici certant, & adhuc sub  
iudice lis est.*

Barbari prælectionem, alii delectum, alii propositum, alii institutum, alii voluntatem, alii consilium interpretantur. Nos, ut quimus, quando ut volumus, non licet. Omnino difficile est cum Græcis, præsertim Stoicis, certare verborum copia & proprietate. Quare veniam ab æquis lectoribus impetratam velim, sicubi Epicteto & acerrimis eorum iudiciis non satisfecerimus. Sæpe enim, eruditissimis scriptoribus facile est varia vocabula congerere: sed eadem distinguere, grammatico aut interpreti non perinde promptum. Imo (si, quod sentio, dicendum est) ipsi auctores sæpe riderent & grammaticos & interpretes, qui earum rerum distinguendarum sollicitâ curâ tenerentur, quas ipsi aut ostentandæ copiam, aut rei inculcandæ gratiâ congestissent. *Wolffius.*

Hæc ab Epicteto pronunciata tam firmissimis absolutissimæ veritatis fundamentis innituntur, ut à nemine unquam refelli queant. Quocunque enim modo hominem, sive in statu naturæ ante institutionem Reip. sive sub imperio consideramus, id-

id pro æterna veritate erit habendum, corpus, possessionem, gloriam & imperia in nostra potestate non esse. Nam præterquam quod humano corpori perpetuis æris incommodis exposito, cum vario morborum genere, qui ei vires quacunque ætate adimunt, tandemque vitalem spiritum extinguunt, sit pugnandum: tamen sub utroque statu nemini sibi, licet fortissimus, tam securum vitæ degendæ genus excogitare aut formare valet, ut ab infirmissimo quoque non possit aut vi aut dolo de medio tolli. Rex & subditus, dominus & servus, potentes & liberi hoc respectu in eodem statu constituti sunt. Quot Monarchæ, licet nocte dieque armatorum satellitum turbâ constipati, à subditis interfecti sunt? Adeo ut verum sit illud Juvenalis,

*Ad Generum Cereris sine cade &  
sanguine pauci  
Descendant reges, & sicca morte  
Tyranni.*

Quot servi in dominorum corpora imperium exercuerunt? Et quot etiam parentibus, apud Romanos quondam in liberos vitæ ac necis potestate fruentibus, mortem filii intulere? Quid dicam de possessionibus, quas, licet in statu naturæ omnibus communes, viribus polentior ab infirmiori invidia aut malevolentia auferre potest? Numquid etiam constituta civitate, in qua leges aliena abripere prohibent, fures reperiantur, qui inscio & invito domino possessiones auferunt? Si publici commodi causa publica fossa sit ducenda fodiendaque, an non præstat partem prædii, summa potestate eam exigente, propenso animo exhibere, quam cum Nabotho lapidibus obrui, atque ita corpus certæ æ minime dubiæ morti objicere? In omni enim Republica sive Christiana, sive alia sit, hæc regula valeat *Civem unumquemque suorum bonorum non tam absolutum esse dominum, ut Reipublica dominium in eadem bona possit.*

possit excludere. Cives quidem in bona sua proprium dominium habent, quod ceterorum civium jus excludit: Verum si summæ potestatis jus & imperium in eadem excluderetur, protegere cives non posset, neque ab hostibus externis, neque ab injuriis mutuis. Quocumque igitur modo hanc Epicteti sententiam verteris, semper remanebit illa veritas, corpus & possessiones in nostra potestate non esse.

Eodem profus modo se res habet cum *Gloria & imperio*. Vox illa *δῖον* heic non significat opinionem de aliqua re, quæ in nobis libera, nostraque potestate est: sed hoc vocabulo Epictetum indicare existimo gloriam sive honorem, qui consistit in cogitatione internâ honorantis, nempe in opinione, quam de Potentia & Bonitate quisque habet illius, quem honorate affirmat: Ergo, quia hanc aliorum hominum opinionem, libera nostræ voluntaris inclinatione ad nos honorandos & colendos flectere non possumus, verum manebit illud Epicteti, gloriam & honorem in nostra potestate non esse. Et idem nobis quoque cum Epicteto de Imperio statuere licet. Hæc non possunt intelligi de statu ante institutionem Reip. nam in tali statu, unusquisque pari potestate gaudens, nullum reperitur imperium. Præterea in tali statu nemo potestatem habet imperium sive societatem civilem erigendi; quia oritur ex

β'.

Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῶν  
ἐστὶ φύσιν ἐλεύθερα,  
ἀκώλυτα, ἀπαρὲμπό-  
διτα. τὰ δὲ ἐκ ἐφ'  
ἡμῶν, ἀδυνάτη, δόξα, κω-  
λύτα, ἀλλότρια.

justa hominum unita multitudine, qui simul jus in omnia, quæ possident, in unum hominem sive cœtum conferunt, & ad propellendos hostes idonei sunt. Unusquisque verò medium illud civitatem constituendi quidem in se habet, sed aliorum arbitrium ad eam rem inclinare, unicuique in potestate non est. Et quandoquidem in constituta Republica aliorum plerumque suffragiis & votis hunc vel illum ad supremam majestatem promoveri videmus, rectè quoque dicitur, illud in nostra potestate non esse; quia fors à Deo est. Quinque præterea in hoc negotio maxime facit, ex his vel parentibus originem duxisse, ut ad imperii fastigium evectis, affirmandum est ab unoquoque, neminem id in sua potestate habere vel Leidensem, vel Amstelodamensem, vel Haerlemensem nasci. Beata igitur est talis vitæ conditio & status in quo corpora nostra, à terrenis hisce sordibus purgata, nullis aëris injuriis, nullis morborum generibus, nec ipsi morti obnoxia, in secula seculorum cœlestem illam *κῆρην* possidebunt, ubi honorem & gloriam tribuent illi, cum quo tanquam reges & Monarchæ in mortem, diabolum & infernum imperium exercebunt.

8 Η' κῆρην] Wolfius hic *pecunia*: Polirianus, *passio*, quod magis generale est, & ut puto, præferendum *Casaubonus*.

## C A P. II.

Ac ea quidem quæ nobis parent, libera sunt natura sua, nec prohiberi ab ullo, nec impediri possunt. In quæ autem ipsi jus nullum habemus, ea sunt infirma, obnoxia servituti, obnoxia impedimentis, aliena.

I Κα)

Ἰ Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν.] Verba hæc interpretes tranſtulit; ac ea *quæ dicitur quæ nobis patenti*, ſententiam potius ſecutus quam verba: quæ κατὰ πόδα ſonant, ea quæ in nobis ſunt. Quod nihil eſt aliud, quam, quæ in noſtra poteſtate vel noſtri arbitrii ſunt. Hæc enim in unoquoque eſſe dicimus, quæ non ab alio habet, quæque ab alio impediri nequeunt. Id quod ſignificat Epictetus, cum dicit, quæ ejus generis ſunt, eſſe ἐλευθέρια, ἀνώλυ-

τα, ἀταραξτοδία, quibus oppo-  
nuntur, quæ contra ſe habent: quæ  
aliena rectè nominat, iis videlicet  
obnoxia, & ab illis pendentia, qui  
ea vel præbere vel prohibere poſſunt.  
Quæ vero in noſtra poteſtate non  
ſunt, noſtra non ſunt: ſed partim  
corporis, quod pro iſtrumento vult  
haberi, ut patet cap. 24. partim pecu-  
niæ aut gloriolæ; quæ etiam longius  
ab animo remotæ ſunt, quam corpus  
Senecaſus.

γ.

**Μ**έμνησο ἔν, ὅτι, ἐὰν  
τὰ φύσιν δέξῃ, ἐ-  
λευθέρια οἰηθῆς, καὶ τὰ  
ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδι-  
θήσῃ, πειθήσῃ, ταρα-  
χθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεός,  
καὶ ἀνθρώπος· ἐὰν δὲ τὸ  
σὸν μόνον οἰηθῆς σὸν εἶναι,  
τὸ δὲ ἀλλότριον, ὡς πέρ  
ἐστιν ἀλλότριον, ἔδεις σε  
ἀναγκάσῃ ἔδέποτε, ἔδεις  
σε κωλύσῃ, ἢ μέμψῃ ἔ-  
δεία, ὅτι ἐγκαλέσῃς πι-  
νὶ, ἄκων πράξεις ἔδει  
ἐν, ἔδεις σε βλάψῃ,  
ἔχθρὸν ἔχῃ ἔξεις. ἔδει  
ἢ βλαβερόν τι πείσῃ.

1 Μέμνησο ἔν. Proinde memen-  
to.] Hoc caput nihil eſt niſi con-  
ſectarium duorum præcedentium. Id  
quod niritur iſto axiomate. Contra-  
riarum cauſarum contraria ſunt eſſe-  
ntia. Senecaſus.

2 Οὐδὲς σε ἀναγκάσῃ ἔδέ-  
ποτε. Τε ποτε coges unquam.] Ad

## CAP. III.

**P**roinde memento, ſi  
ea quæ natura ſer-  
viant, libera putaris, &  
aliena pro tuis habueris,  
fore, ut impediaris, lugeas,  
perturberis, Deos homi-  
neſque accuſes. Sin id  
ſolum tuum exiſtimaris,  
quod tuum eſt; aliena  
vero, ut ſunt, aliena: te  
nemo coget unquam, ne-  
mo impedit, neminem  
accuſabis, neminem cri-  
minaberis, nihil ages in-  
vitus, nemo te lædet, ini-  
micum non habebis. Ne-  
que enim ullam calamita-  
tem accipies.

verbum, nemo tibi neceſſitatem  
imponet, aut te neceſſitate con-  
ſtringet ad aliquid faciendum, quò  
minus plenius libertate fruaris,  
ſiſque tuarum actionum dominus.  
Idem.

3 Ἄκων πράξεις. Invitus ages.]  
In quibuſdam editionibus peſſime

pro πράξεις legitur πράξεις, quod vitium, non nisi tyrothetarum festinationi, adscribi potest.

4 Εχθρόν εχ. εἴεις. *Inimicum non habebis.* ] Quicumque enim inimicus erit tibi, si tu non in eum inimico eris animo, is in ea poterit nihil quæ tua tantum sunt: quæ hisce quatuor vocibus cap. 1. complectitur, videlicet ὑπολήψις, ἔρις, ὀρέξις, ἐκκλησίαι. Siquid in reliqua valebit, ea extranea sunt & aliena: iis itaque te spolians, proprie te non læset: *Succanus.*

ς Οὐδὲ γὰρ βλαβερὸν τι πείσῃ. ] Politiani versio hæc non agnoscit. & videntur supervacanea, cum jam præcesserit εἰς σε βλάβη. Melius tamen, (ut ego censeo,) *Paraphrasis,* quæ hæc posteriora exhibet, expunctis illis. *Casaubonus.*

Οὐδὲ γὰρ βλαβερὸν τι πείσῃ. *Neque enim ullam calamitatem accipies* ] Ad verbum: Non enim noxiam quid patieris. Id quod ex superioribus satis liquet, quomodo sit accipendum. *Succanus.*

δ'.

CAP. IV.

Τηλικύτων ἐν ἐφιέμενῳ, μέμνησο ὅτι εἰ δὲ μετρίως κεκνημένον ἀπτεσθαι αὐτῶν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ' ὑποπίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. εἴαν δὲ καὶ ταῦτα θέλῃς, καὶ ἀρχεῖν καὶ πλατεῖν, τυχὸν μὲν εἰδ' αὐτῶν τέτων τεύξει, ἀλλὰ τὸ καὶ πρὸς τῶν ἐπιτέρων ἐφιέμενῳ. πάντως γὰρ μὴν ἐκείνων ἀποτέλλῃ, δι' ὧν μόνον οὐδαμονία καὶ ἐλευθερία ἀεὶ γίνονται.

Cum igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, ut sis non mediocriter incitatus; atque alia penitus relinquenda, alia in præsentia omittenda censeas. Quod si & illas desideraris, & magistratus etiam atque opes appetieris, & tuos florere volueris: fortasse ne hæc quidem assequeris, propter earum, quas ante diximus, cupiditatem: iis certe omnino excides, per quas solas felicitas & libertas comparatur.

1 Τηλικύτων ἐν ἐφιέμενῳ, μέμνησο ὅτι εἰ δὲ μετρίως κεκνημένον, ἀπτεσθαι αὐτῶν. In tantarum igitur appetitione rerum, sic eas suscipiendas esse memento, ut propter omnia vaces animi perturbatione. ] *Rectius Simplicii Commentarius:*

τηλικύτων ἐν ἐφιέμενῳ, μέμνησο ὅτι εἰ δὲ μετρίως κεκνημένον ἀπτεσθαι αὐτῶν. Quum igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, ut sis non mediocriter incitatus. Quam lectionem & Politianus est sequutus. De pluribus lo-

ocutus est; ergo *πληκίων*. Serio suscipiendum monet philosophiæ studium. ergo *ἄρ* redundat, quod quatuor reliqui codices habent: a quibus deceptus, veteram: Ut prorsus omni vaces animi, perturbatione. quæ sententia etsi cum *ἀπαθεία* Stoicorum convenit, philosophiæ tyroni tamen haud quaquam convenit, quem incredibili cupiditate sapientiæ inflammatum esse vult: adeo ut illud ex Euangelio desumptum ei dici possit:

Ἐν μαργαρίτῳ τίμιον,

Ἀποδοῦς ἀπάντα, λάμβαν.

Vnam margaritam pretiosam omnibus opibus tuis emito. *Wolfius*.

Monet hoc commate, serio suscipiendum esse philosophiæ studium, utque hoc fiat commode, quædam omitti sive relinqui prorsus suadet, quædam differri ad tempus. *Sneecanus*.

2 Τὰ δ' ὑπερτίθεισθαι πρὸς τὸ παρόν. *Alia in presentia omittenda censeas.*] Malim, differenda; id enim significat verbum *ὑπερτίθεισθαι*. Differre vero eas res externas jubet, Simplicio interprete, quæ prudenter tractatæ bonis animi non officiant: cujusmodi sunt, parare domum & servum, legitimæ nuptiæ, ingenuorum liberorum procreatio, justus magistratus, aliquando etiam rerum necessariarum curatio. Hæc omnia & id genus alia in presentia esse differenda monet virtutis studiosos, idque merito: quod nullis omnino rebus eos distrahi oporteat, & à studio virtutis atque exercitatione abstrahi, qui eam perfecte consequi cupiant. *Sneecanus*.

3 Ἐάν δέ καὶ τῶν ἰδέσθαι. *Sin & has volueris.*] Scilicet, τὰ ἐκ φιλοσοφίας περιγιγνόμενα. Ea quæ Philosophia præstat. *Wolfius*.

4 Καὶ ἀρχεῖν καὶ πλεῖν. *Et imperare & esse dives.*] Politianus addit Domesticos dirigere. Legit fortasse, τὰς οἰκίαις εὐθύνειν, quod perperam scriptum fuisse reor, pro εὐθύνειν, necessarios tuos florere. Volumus autem in primis nobis bene esse, mox etiam nostris & aliis. Dif-

crimen τῷ εὐθύνειν καὶ εὐθύνειν, vel pæctis notum est. *Wolfius*.

Ἀρχεῖν καὶ πλεῖν. ] Latina *Wolfii* auctiora sunt his verbis. *Et tuos florere*: quæ ille, ut in notis docet, sola conjectura fretus, ex Politiani versione sumpsit. Conjicit autem Politianum in suis codicibus reperisse, καὶ οἰκίαις εὐθύνειν: quæ cum neque Simplicius, neque *Paraphrasis* agnoscant, nos adulterina censemus. Si quid in Græcis desideratur, hoc potius, ex Simplicio, fuerit, καὶ τὰ οἰκία εὐθύνειν: (quemadmodum & Politianum reperisse, ex ipsius versione, *Et domesticos dirigere*, credibile est:) quod oppositum fuerit τῷ ἀρχεῖν, & τῷ πλεῖν. Sed minime opus est, & melius opinor, absint, cum in istis, ἐάν δέ καὶ ταῦτα (propria bona scilicet) καὶ ἀρχεῖν καὶ πλεῖν, (externa:) manifesta sit oppositio. *Casaubonus*.

5 Τυχὸν δὲ αὐτῶν τέτων τίυξῃ, *Fortassis nec hæc ipsa assequeris.*] τὰ ἀρχῶν τε καὶ τῷ πλεῖν. Nec magistratus nec opes assequeris. *Wolfius*.

6 Διὰ τὸ καὶ τ' προτίθειν ἰδέσθαι. *Eo quod priora quoque desideras.*] Ea scilicet, quæ philosophia confert, libertatem, tranquillitatem animi, securitatem. Significat animum in duas partes distractum, nec fortunæ muneribus, nec philosophiæ bonis potiri: quod altera cura impediatur alteram, nec tantam esse patiatur, quanta sit opus. Sed hoc intelligatur de philosophiæ tyrocinio. Nam præcepta rebus gerendis prævalent, & illustrantur usu vitæ, & crebris virtutis actionibus. si probe intellecta & animis infixa fuerint. Philosophandum est igitur ab incunre ætate, animo aliis curis libero, ut quæ cum cognita perceptaque fuerint, ad parandas & tuendas opes, ad magistratus adipiscendos & getendos, ad omnes denique vitæ casus ferendos accommodentur. τὰ πρότερα, priora dicit: vel τὰ πρότερον εἰρημίνια ea quæ ante exposuit, quæque rectum iudicium sequuntur: non autem τὰ πρὶν φιλοσοφῆσαι, ea quæ desideraris ante philosophiam, ut volupta-

tes, honores, divitias: vel τὰ σπουδαίοντα, præstantiora. Nam tranquillitas animi, verumque iudicium, utique divitiis & honoribus præstant.

† Intricata sunt hæc, quia Stoici brevitate, ut plerumque involuta. Monet Philosophiæ studiosum, ne cum virtutis & honesti studio, externarum cupiditatem rerum, conjungat; fore enim, ut postremis

his sit excludendus, vel propterea, quod animi bona simul consequi studerit. qui enim hisce vere intentus est, externis rebus in totum, vacare non potest.

7 Ενείνων ἀποτέξην. Illis excides.] τὸ προτέρων, prioribus & posterioribus: Carebis animi tranquillitate, si avarus & ambitiosus fueris. Idem.

## É.

## CAP. V.

Ἐὐθὺς ἐν, πάσῃ φαντασίᾳ τραχεία, μελέτω ἐπιλέγειν, ὅτι, φαντασία ἔστι, καὶ ἐπὶ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταξε τοῖς κενόσι τέτοις, οἷς ἔχεις. αὐτῶν δὲ τέτρω, καὶ μάλιτα, πότερον αὐτὸ τὰ ἐφ' ἡμῶν ἔστιν. ἢ αὐτὸ τὰ ἐκ ἐφ' ἡμῶν. καὶ αὐτὸ τὸ ἐκ ἐφ' ἡμῶν ἢ, πρὸς χεῖρον ἔστω τὸ, διότι ἐδὲν πρὸς σε.

† Εὐθὺς ἐν πάσῃ φαντασίᾳ τραχεία.] Nulla in verbis difficultas, in te, maxima, si ad cruciatu & tormenta corporis extendas: quotum acerbitatem sola opinione viti, & ad animum per se non pertinere, haud facilis persuasio est. Non defuere tamen hac etiam aitate celebres medici, qui hoc ipsum (referente Thuano, quorum libros nos quoque vidimus) tuerentur: nec ulla aitate defuerunt exempla cuiusque professionis & Sectarum, virorum tam mulierum, qui sola animi obstinatione, & quam vocant alii προλήψιν muniti, diritissimi

Itaque viso cuiusvis aspectu, statim sic, ut respondeas, operam dabis: visum id esse, nec plane id quod videatur. Post, in exquirendo, eas adhibito regulas, quas habes, eamque cum primis ac potissimum, Utrum id visum in rebus versetur nostræ potestati subjectis, an vero alienis. Quod si in alienis; in promptu sit, illud ad te nihil attinere.

ma quæque, quæ ab iratissimis excogitari poterant, summa constantia sine ulla doloris significatione, toleravere. Martyrum præci temporis, quamvis obstinationem & illis istius ævi ethnici iniquissime & imperitissime, ut alibi ostendimus, objicerent; alia longe ratio. Sed nos id nunc non agimus. Casaubonus.

Ἦσων φαντασία τραχεία, Cuiusvis visus aspectu.] τὸ τραχεία nonnulli codices non habent, & meo iudicio rectius omittitur: ἐστὶ φάρμακον σερὸν adhibet Simplicius. Sunt enim φαντασίαι non tantum τραχέαι, asperæ: sed etiam

etiam λεία, hoc est, læves & blandæ. Sed quia verba hæc minus exercitatis obscura videntur, exemplo declaranda sunt. φαντασίαν (quod visum, aut visionem Latini dicunt) appellat eas cogitationes, quæ ex rebus objectis oriuntur: ut si adolescenti studioso & pauperi formosa & dives mulier despondeatur, phantasia hæc statim in eo excitatur, rem esse præclarâ, paucis sui loci atque ordinis talem offerri occasionem: non igitur esse negligendam: species præclara est, incautumque facile decipit. Sed si idem paulo cordatior, secum reputet: Mulieres formosas atque divites, lascivas, superbas, fastidiosas, imperiosas esse: opes non sine magna sollicitudine conservari: se despectui & derisui fore assinibus, aut certe invisum: si morem gerere velit uxori, aut læsurum valetudinem, aut alia graviora toleraturum: neglecturum esse studia literarum: mulierculæ denique non tam amantis, quam prætextum libidinum suarum querentis, fore mancipium: fortassis intelliget, id quod Epictetus dicit, dotatam & formosâ mulierem non summum esse bonum, sed plane φαντασίαν & falsâ speciem, Hæliodæ Pandoræ insit, pyxidem malis omnibus refertam, secum ardentem. Idem esto iudicium de phantasis imperii, honoris, aliarumque rerum, quæ

sapienter inani specie blandiri, quam revera beare solent. Eadem fere ratio est rerum tristium & adversarum, ut putantur, quæ sæpe in recessu multum boni habent, quod prima fronte nequaquam pollicentur: ut paupertas sobrios, modestos, industrios plerumque facit, opulentia luxuriosos, arrogantes, ignavos. *Wolffii.*

Ἰ Πάντη φαντασία τραχέα. *Cuius visio aspero.*] Τὸ τραχέα nonnulli codices non habent: & videretur omitti posse. Legit tamen Simplicius, & aspera visa interpretatur appetitiones & aversiones rerum externarum; ut quæ brutæ sunt; & vecordes, quæque immoderatis & perturbatis commotionibus verè exasperant vitam, atque ita illis asperis visis opponuntur φαντασίαν λείαν, id est, læves & blandæ. Vide Wolffium. Visa autem appellat species sive imagines rerum objectarum: de quibus passim per totum hoc scriptum. Ea porro modo res veras vereque utiles & jucundas representant, modo inania simulacra, ceu ægri somnia, comminiscuntur. Regulas iudicandi visa multas tradit Simplicius in commentario ad hunc locum; quas, qui voluit, inspiciat. Epictetus, fundamento à se primo capite toti tractatui præstructo insistens, ex eo unam tantum deducere satis habuit; quæ hic subiicitur. *Snecanus.*

2 Et] Leg. est. *Wolffii.*

C A P. V I.

τ'.

Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως  
 μὲν ἐπαγγελία,  
 τὸ ὀπίτυχεῖν, ἢ ὀρέγη.  
 ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία,  
 τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίει. καὶ  
 ὁ μὲν ὀρέξῃ ἀπιτυχεύων

Appetitionis eam esse pollicitationem memento, fore ut consequatur id quod appetat: Aversionis, ne in id incidat quod aversetur. Is porro quem appetitio frustratur, infortunatus est: qui in id in-

107

in-

νων, ἀτυχίς· ὁ δὲ ἐκκλίσις<sup>3</sup> ὡς ἐπίπλων, δυστυχίς. ἀν μὲν ἐν μόνῳ ἐκκλίσις<sup>4</sup> τὰ πρὸς φύσιν τῷ ὅτι σοι, εἰδενὶ ὧν ἐκκλίσεις ὡς ἐπιπεσεῖ.<sup>5</sup> νόσον δ' ἀν ἐκκλίσις, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχίσις.

1 Μένειναι ὅτι ὀρέξασ μὲν ἐπαγγελία. *Appetitionis eam esse pollicitationem memento.*] Observatione dignum putat Simplicius, quod Epictetus cap. quarto, & deinceps, crebro utatur verbo ΜΕΜΕΝΤΟ, quo rationis compotem animum compellat. Etenim is rationes rerum semper conjunctas habet, earumque quasi innatam veritatem circumfert: sed aliquando, velut deficiente acie, ob distractionem ejus facultatis, in oblivionem ruit; quæ ipsi malorum omnium causa est. Ideoque flagitat, ut illud ΜΕΜΕΝΤΟ crebro ei ad aures accinatur. *Senecanus.*

Ὅτι ὀρέξασ μὲν ἐπαγγελία. *Appetitionis pollicitationem esse.*] Est prosoportia quædam Cupiditatis cum homine colloquentis. Rudibus aperior esset oratio, si ita locutus esset: Cum aliquid appetis, fore speras, ut id consequaris, & voti compos fias, & reliqua. *Wolfius.*

2 Ἐπαγγελία] Cum Suidas ex vetere nescio quo ἐπαγγέλλειν προαιτείθαι: & ἐπαγγέλλεσθαι ea notione (pro pascere, cupere;) ab omnibus agnoscat: quis dabitet quin

incidit quod averfatur, calamitosus. Itaque si ea solum averfere, quæ eorum naturæ, quæ in tua potestate sunt repugnant; in eorum, quæ averfaris, nihil incidis: At si morbum averferis, aut mortem, aut inopiam; calamitatem subibis.

ἐπαγγελία hoc loco sit potius postulatio, quam pollicitatio? Certè, tantum abest, ut quæ cupiant homines, semper sibi polliceantur; ut non pauci præ desperatione animi & impotentia, ne vivere quidam sustineant. *Casaubonus.*

3 Παρεπίπλων.] περιπίπλων legendum videtur, idem quod ἐπιπίπτων. unde περιπίπτεις, & περιπίπτει τύχης. *Wolfius.*

4 Τὰ παρὰ φύσιν τῷ ὅτι σοι. *Qua natura eorum, quæ in tua potestate sunt, adversantur.*] His adversantur utique, falsa opinio, pravus & corruptus appetitus, omnes animi perturbationes, quas in hominis esse potestate volunt Stoici: non ita fortassis, ut non existant (Id enim Dei cujusdam potius quam hominis fuerit) sed ut rationi obediant. *Idem.*

5 Νόσον δ' ἀν ἐκκλίσις, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχίσις. *At si morbum averferis, aut mortem, aut inopiam; calamitatem subibis.*] Ita optime habebat Wolfiana editio; in plerisque vulgaris, inter quas etiam Casauboniana, legitur pessime: Νόσον δ' ἀν ἐκκλίσις, θάνατον, ἢ πενίαν. *δυστυχίσις.*



ζ.

CAP. VII.

Ἄρρον ἐν τῷ ἔκκλιον  
 ἄπο πάντων τῶν ἐκ  
 ἐφ' ἡμῖν, καὶ μεταθέσ  
 ὅπῃ τὰ παρὰ φύσιν ἔ  
 ἐφ' ἡμῖν. τῷ ὀρέξιν δὲ  
 παντελῶς ὅπῃ τῆ πα  
 ρούσῃ ἀνελε. ἂν τε γὰρ  
 ὀρέγη τῶν ἐκ ἐφ' ἡμῖν  
 τινῶν, ἀτυχεῖν ἀνάγκη.  
 τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσων  
 ὀρέγεσθαι καλὸν ἂν, ἐ  
 δὲν ἐδέπω σοὶ πάρεσι.  
 μῶν δὲ τῶ ὀρμαῖν καὶ  
 ἀφορμαῖν χρῶ, κέ  
 φως μὲν τοι καὶ μεθ'  
 ὑπεξαίρεσως, καὶ ἀνει  
 μέτως.

Ab iis rebus amovebis  
 omnibus, quæ in nobis fi  
 tæ non sunt: atque in eas  
 transferes quæ naturæ eo  
 rum, quæ nostri arbitrii  
 sunt, repugnant. Appeti  
 tionem autem hoc tempo  
 re profus auferto, nam si  
 ea, quæ nostri arbitrii non  
 sunt, desideraris, frustrari  
 necesse erit. Ea vero quæ  
 nobis parent, quatenus  
 recte possint expeti, non  
 dum es affectus. Sed eo  
 tantum utitor motu animi,  
 quo vel accedas ad eas res,  
 vel ab iisdem recedas: ve  
 rum leviter, & cum immi  
 nutione, & remisse.

Ἡ μεταθεσις ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν  
 ἢ ἐκ ἐφ' ἡμῖν. Transfer in ea quæ  
 nature illorum repugnant, quæ in no  
 stra potestate sunt.] Videntur & hæc  
 rudioribus obscura quæ dilucidiora  
 essent, si scripsisset: Aversare falsas  
 opiniones, stultas & pravas cupi  
 ditates, turpitudinem & dedecus:  
 Hæc enim ut fugere, ita etiam effu  
 gere poteris. Wolfius.

Epicetus Cap. LXXXI. illa docet  
 esse signa proficientis in virtute. Snc  
 epus.

Ἡ τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν ὅσων ὀρέγεσθαι  
 καλὸν ἂν, ἐδὲν ἐδέπω σοὶ πάρεσι.  
 Ea vero, quæ nobis parent quatenus re  
 ctè possint expeti, nondum es affectu  
 tus.] Satis apparet, auctori huic ne  
 gocium esse cum tirone philosophiz  
 insitiano, quæna vult Academico mo

τε ἐπέχην καὶ διασκήπτουσα, cohibere  
 assentum & amplius deliberare: &  
 in ea ἐποχῇ ἠλλείπτην μάλλον, ἢ  
 πλεονάζειν: hoc est, potius citra  
 resistere, quam ultra progredi, ut  
 monet Isocrates. Quamobrem utitur  
 Epicetus tribus hisce vocibus, κέ  
 φως, leviter, ἀνειμένος, remisse,  
 μεθ' ὑπεξαίρεσως, cum immi  
 nutione, eodem fere sensu. Est enim  
 ὑπεξαίρεσις, cum paululum aliquid  
 affectui subtrahitur. Significat vero,  
 vitandum esse juvenile illud vitium,  
 quo nimium in aliquam partem mor  
 tales inclinant. Hanc fuisse auctoris  
 mentem, sequentia docent. Sic ita  
 que Simplicius. Propendere & ab  
 horrere leviter & remisse ju  
 bet, καὶ μεθ' ὑπεξαίρεσως, hoc  
 est, sic ut non nihil laxetur, & non  
 ad

ad summum extendatur appetitus & declinatio, propensio & aversio.  
*Idem.*

3 Καὶ μεθ' ὑπεξαίρεσως. ] Politianus, cum supputatione: Naogeorgus, cum exceptione. Sed quia Simplicius interpretatur, μετὰ τῷ ἐνδιδόναι τι ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἄκρον ἐπιτείνειν, cedendo & laxando paululum, non ad summum intendendo: ego verti, cum imminutione. Etsi hæc tria, κέρως leviter, ἀνεμίνως remisse, μεθ' ὑπεξαίρεσως cum imminutione, synonyma fortasse sunt. ὑπεξαίρεσις certè significare id potest, cum paulatim aliquid affectui subtrahitur. Si quis autem intelligere mavult, cum exceptione vel conditione: sensus erit, ut opinor. Eâ conditione res vel appetite vel averfare, si expetendæ fugiendæve sint. Vult enim Epictetus, tyrones philosophiæ interdum Academicò more ἐπιχειρῆσαι καὶ διασκεπτεῖν, cohibere assensum, & amplius deliberare: & in ea ἐπιχειρῆσαι, εὐλαβεῖν μᾶλλον ἢ παρρησιάζειν. hoc est, potius citra resistere, quam ultra progredi, ut monet Isocrates. *Wolffius.*

Μεθ' ὑπεξαίρεσως. ] *Wolffius*, cum diminutione. Pridem autem est, cum non *Wolffium* quidem melioris vitæ compotem; (qui, quæ fuit insignis ejus eruditio, pari modestiâ junctâ, statim emendasset & gratias monentibus egisset:) sed *Lugdunensium Notarum* auctores nostris in *Antoninum* Notis publice monuimus, exceptione, (non diminutione) veram esse interpretationem. Nam quod aliquis *Simplicii*

auctoritatem hic objicias; philosophum agnosco insignem, de Epicteto, & Epicteti Lectoribus optimè meritum, sed qui tamen in nonnullis a philosophia remotioribus pueriliter hallucinatur: ut in istis, ἀνδρῶν περιστάσεις (num. 57.) pluribus ostendemus: ubi iterum *Notarum* istarum *Lugdunensium* par in errore testatissimo pertinacia. *Seneca* de *Benef.* 4. c. 34. *Sapiens* ad omnia cum exceptione venit: si nihil inciderit quod impediatur: ideo omnes illi succedere dicimus, &c. *Imprudens* ista fiducia est, fortunam sibi spondere, &c. *Exceptio* autem sine qua nihil aggreditur, & hic illum tuetur. *Antoninus* idem cum sepe inculcet, ὑπεξαίρεσως verbo, ut in hac re solenni & usitato, semper utitur. lib. 4. ὁρμῶν μὲν (sapiens, sive recta ratio:) πρὸς τὰ ἡγέμενα μεθ' ὑπεξαίρεσως, τὸ δὲ ἀντισταθόμενον, &c. plenius & disertius lib. seq. Ὁρμῆς καὶ διαθέσεως ἐγένετα ἐμπόδια διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν καὶ τὴν περιτροπὴν, &c. idem lib. 6. Καὶ μέμνησο ὅτι μεθ' ὑπεξαίρεσως, ὅτε τῶν ἀδυνατιῶν ἐκ ὀρέου. *Idem* lib. 11. ex Epicteto Τέχνην δὲ εἶσα πρὸς τὸ συγκρατῆσαι εὐεῖν, καὶ ἐν τῷ περὶ τὰς ὁρμῶν τόπω ἵνα μεθ' ὑπεξαίρεσως, &c. Omitto quæ vir diligentissimus & doctissimus, *Henr. Stephanus*, ex aliis super hac voce. *Cupiditatum diminutio*, & si quæ sunt ejus generis, in *Seneca* aliisque, alio pertinent, & hic profusè ἀπροσδιόριστα, ut ex inspectis locis cuivis liquere potest. *Politianus* verterat, cum supputatione: quod *Wolffius* merito mutandum credidit. *Cassaubonus.*

ἢ.

Ε'φ' ἐκάστῃ τῷ ψυχῶ-  
γωγόντων, ἢ χρεῖαν  
παρεχόντων, ἢ περιεργόμε-  
νων, μέμνησο ὅτι λέγειν  
ὁποῖον

## C A P. VIII.

Singulis in rebus, quæ  
vel delectant, vel usui  
serviunt, vel diliguntur,  
memento considerare cu-  
jusmodi sint; exorsus à  
minu-

ὁποιόν ἐστιν, ἀπὸ τῆς συμ-  
 κροτάτων ἀρχόμενον.  
 ἂν χύτραν σείης, ὅτι  
 χύτραν σείεις. κατα-  
 γείσεις γὰρ αὐτῆς, ἢ τα-  
 ραχθήσῃ. ἂν παιδίον  
 σαύθῃ καταφιλήσῃ, ἢ γυ-  
 ναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον κα-  
 ταφιλήσῃ. ἀποθανόντι  
 γὰρ αὐτῆ ἢ ταραχθήσῃ.

1 ἂν χύτραν σείης. Si ollam  
 diligis. ] Esti Epictetus, ut con-  
 temptor divitiarum, vilium rerum  
 exempla profert, ut balnei, ut lactu-  
 carum, & aliorum id genus: tamen  
 Simplicius aptius, ut opinor, verbum  
 habet, ἂν χύτραν σείης, ὅτι χύτραν  
 σείεις. Si ollam tractas, aut agitas,  
 te ollam tractare: hoc est, rem fra-  
 gilem, & agitationis atque allisionis  
 impatientem, ut & vitrum. Vnde  
 Mimographus: *Fortuna vitrea est:*  
*quae cum splendet, frangitur.* For-  
 talis alludit ad dolium Diogenis.  
*Wolfius.*

Wolfius in Notis lectionem  
 profert ex Simplicio, quam aptio-  
 rem censet, ἂν χύτραν σείης, ὅτι  
 χύτραν σείεις. Fortasse in aliqua  
 parte Simplicij obiter ista: proprio  
 certe loco, id est, in hoc Epicteti  
 capite, ut exhibet editio Salmasii,  
 nihil tale reperio: imo, ni me fal-  
 lunt oculi, planè contrarium, δὲν  
 ἐπὶ τῆς χύτρας διὰ τὴν χύτραν  
 ἀγαπητέος; quod quid est quam  
 σιγγράμης? non certè, σιγγράμης.  
 Paraphrases etiam, ἂν πατήριον  
 σείεις, αἰ χύτραν. In Arriano for-  
 tasse, aut aliquo vetere codice ita  
 repererat Wolfius, & fraudi fuit ei  
 memoria (ut passim vel doctissimis)  
 festinanti. Quare autem aptiorem,  
 istam lectionem crediderit Wolfius,  
 non dicit, sed est manifesta, si quis  
 oblikeret, ratio, ex ipso contextu

minutissimis. Si ollam  
 diligis, te ollam dilige-  
 re: nam ea contracta, non  
 perturbaberis. Si filio-  
 lum, aut uxorem, ho-  
 minem à te diligi: nam  
 eo mortuo, non pertur-  
 baberis.

petita. Statim enim initio, quae  
 clara cunctae habent homines, tri-  
 fariam dividerat τὰ ψυχαραγόντα.  
 τὰ χύτρας παρέχοντα, & τὰ σιγγρο-  
 μένα; id est, quae naturali quadam  
 ratione, seu instinctu diliguntur:  
 ut Simplicius pluribus exequitur.  
 Atqui χύτρα & similia non possunt  
 esse τῶν σιγγρομένων simpliciter &  
 proprie, sed ad secundum genus  
 pertinent. Quod cum videret Sim-  
 plicius, (qui tamen nihil objicit)  
 ἐν χύτρα & διὰ τὴν χύτραν, quo  
 ad secundum genus ista pertinere  
 intelligeremus, prudenter addidit.  
 In tanto tamen veterum codicum  
 consensu; confirmantibus etiam  
 tam Simplicio, tum Paraphrases  
 (ut vidimus) auctoritate, nihil mu-  
 tandum censeo: & quicquid hic est  
 ἀνορολογίας, ab ipso esse Arriano.  
 Sed nec τῆς σείειν adeo hic aptum, ut  
 mihi quidem videretur. Cum igitur  
 haec editio Lugdunensis, quam fide-  
 liter exhibere nos professi sumus,  
 πρὸς σείειν, nulla reddita ratione, nisi  
 quod Wolfii notae sub alieno nomi-  
 ne totidem verbis apponuntur, ex-  
 hiberet; nos quod in omnibus aliis  
 (etiam Salmasiana) nobis visis, in-  
 venimus, revocandum censuimus.  
*Casaubonus.*

Quomodo vero in hisce subli-  
 mior pateat sensus, apparet exem-  
 plo filii & uxoris, quo post utitur  
 auctor. *Stoicus.*

9.

Ὅταν ἀφαισθῆ πινθη  
 ἔργα μέλλης, ὑπο-  
 μίμησθε σεαυτὸν, ὁποῖόν  
 ἐστὶ τὸ ἔργον. εἰν λυσόμε-  
 νῳ ἀπίης, πρῶτα βα-  
 σεαυτῶ ἅ τῃ γνώμῃ ἐν  
 βαλανείῳ. <sup>1</sup> τὰς ἀπορ-  
 ραίνοντας, τὰς <sup>2</sup> ἐκκρο-  
 μένας, τὰς λοιδορεῖντας,  
 τὰς κλέποντας. καὶ ἕτως  
 ἀσφαλέτερον ἀφῆ τῆ ἔρ-  
 γῃ, εἰν ἐπιλέγης, ὅπῃ,  
 βύθους λέσσαυθ θέλῃ, καὶ  
 πρὸ ἐμαυτῆ προαίρεσιν  
 κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρή-  
 σαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἐκά-  
 στε ἔργῃ. εἴτω γὰρ, ἂν ἡ  
 πρὸς τὸ λέσσαυθ γένηται  
 ἐμποδῶν, πρὸ χειρὸν ἔσται,  
<sup>3</sup> διότι ἐ τῆτο ἠθέλον μό-  
 γον, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἐμαυτῆ  
<sup>4</sup> προαίρεσιν κατὰ φύσιν  
 ἔχουσαν τηρήσαι. ἐ τηρήσω  
 δεῖ, εἰν ἀγανακτῶ πρὸς ἅ  
 γνώμῃ.

<sup>1</sup> Τὰς ἀπορρῖνοντας. *Alios per-  
 ficientes.*] Id est, destillantēs. Alii le-  
 gunt, ἀπορραίνοντας, seseperfunden-  
 tes, eodem sensu. *Wolfius.*

<sup>2</sup> Ἐκκρομένας. *Loco pelli.*] Id  
 est, ἐνοχλωμένους, quibus nego-  
 tium facillitur. Alii ἐκκρομένους,  
 id est, ἠθεμένους; eos qui pre-

CAP. IX.

Opus aliquod aggressus  
 furus, ipsi tibi subji-  
 cito, cujusmodi sit illud  
 opus. Si lavatum abieris,  
 ea tibi proponito quæ fiunt  
 in balneo: alios perfundi,  
 alios loco pelli, alios con-  
 vicia facere, alios furari.  
 Sic tutius rem aggredie-  
 ris, si ipse tibi dixeris:  
 Et statim lavabo, & meum  
 institutum naturæ con-  
 gruens conservabo. Eo-  
 demque modo in unoquo-  
 que negotio. Sic enim,  
 si quid impedimento lavi-  
 tioni tuæ fuerit, in promptu  
 erit: Equidem non hoc  
 solum volui, sed & in-  
 stitutum meum, naturæ  
 consentaneum, tueri vo-  
 lvi. Neque vero tuebor,  
 si ea, quæ fiunt, ægre tu-  
 lero.

muntur, aut loco pelluntur. *Wol-  
 fius.*

<sup>3</sup> Διότι ἐ τῆτο.] *Lege: Διότι  
 ἀλλ' ἐ τῆτο. Idem.*

<sup>4</sup> Προαίρεσιν κατὰ φύσιν. *Institu-  
 tum natura congruens.*] Id capite tri-  
 gesimo postea, l. 4. appellat ἐνστασιν  
 quem locum vido. *Snecanus.*

ί. Τα-

ί.

C A P. X.

Ταράσσει τὴς ἀνθρώ-  
πων, ἢ τὰ πράγμα-  
τα, ἀλλὰ τὰ θεὶ τῶν  
πραγμάτων δόγματα.  
ὅτι οἷον θάνατος, ἢ δὲν δει-  
νόν, ἢ ἐπεὶ καὶ Σωκράτης  
ἀν ἐφαίνετο. ἀλλὰ τὸ  
δόγμα τὸ θεὶ θανάτου,  
ὅτι δεινὸν ἐκεῖνο, τὸ δεινὸν  
ἐστίν· ὅταν ἔν ἐμποδιζώ-  
μεθα, ἢ ταρατλώμεθα,  
μυδέποτε ἄλλης αἰτίαν  
μεθα, ἀλλ' ἐαυτῶν, τὰ τε πρὸς  
ἑαυτῶν δόγματα. ἢ παι-  
δύτης ἔργον, τὸ ἄλλοις  
ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς  
πράσσει κακῶς. ἢ γυμ-  
ναστικῆ παιδείας, ἢ τὸ ἐαυτῶν  
πεπαιδευμένον, ἢ τὸ μήτ'  
ἄλλω, μήθ' ἐαυτῶν.

Homines perturban-  
tur, non rebus, sed  
us quas de rebus habent  
opinionibus. Verbi cau-  
sa: Mors non est ma-  
lum; alioqui enim & So-  
crati ita visum esset: sed  
opinio de morte, quæ  
malum eam facit. Cum  
igitur impedimur, aut  
distrahimur: non alios  
culpemus, sed nosmet  
ipfos, hoc est, nostras  
opiniones. Alios accusa-  
re in calamitate sua, ho-  
minis est ineruditi: se  
ipsum, ejus qui erudiri  
cœpit: nec se, nec alium,  
eruditi.

1 Τα περὶ τῶν πραγμάτων δό-  
γματα. *Decreta de rebus.*] Et huic pa-  
radoxo medetur, ut potest, Simpli-  
cius. Consistere certe nullo modo  
potest, nisi aut graviora mala nos  
vitare, aut majora bona consequi  
paraverimus. Nam alioqui ista uni-  
ca, misera illa quidem, & nescio  
quam efficax in casibus acerbissimis  
consolatio relinquitur, quæ apud  
Homerum existat:

*Sic voluere dii, miseris mortalibus  
auxium  
Esset ut ἔμασθον, ἔ dura illa-  
tabile cura. Wolfius.*

2 Οἷον θάνατος. ] Rectius Sal-  
masiana, cum articulo, οἷον ὁ θά-  
νατος.

Ὅτι οἷον θάνατος ἢ δὲν δεινόν. *In  
morte nihil est mali.*] Si aut anima  
cum corpore extinguitur, aut in lo-  
cum meliorem transfertur. Sed si  
pœnæ scelerum dandæ sunt, pericu-  
losæ plenum opus alex, ni veræ pic-  
tatis clypeo sis munitus. *Wolfius.*

3 Ἐπεὶ καὶ Σωκράτης ἀν ἐφαίνετο.  
N.B.

Ὅτι γὰρ ἐπικλώσασθαι θεοὶ δειλοῖσι  
βροτείσι,  
Ζῶν ἀχρυσίνος καὶ ἀστέρια  
θυμῆι ἔχουσας.

Nam ita & Socrati visum fuisset.] Syllogismus talis est. Quæ natura terribilia sunt, omnibus terribilia sunt, omnibus terribilia videntur. Vt natura calida, frigida, pulchra, & alia id genus, omnibus talia videntur, iis præsertim quorum natura integrior est, & prudentia major. Mors non omnibus videtur terribilis; nam Socrati visa non fuit, qui, cum effugere posset, sustinuit tamen. Vide Simplicium. Socrates.

4 Η παρασίωμεθα, μηδέποτε.] Non facile divinare possum, unde Salmasius hanc lectionem hauserit, scilicet: ἢ παρασίωμεθα, ἢ λυσιώμεθα, μηδέποτε, &c. nusquam sane ita legitur, & ipse hanc vocem λυσιώμεθα non transtulit istius editionis præfectus.

5 Απαρδέυται ἐστίν. Ineruditus est.] Id est, ejus qui non consideret, quæ sui, quæ alieni juris sint, qui omnia suo arbitratu fieri postulet: id quod fieri neque potest, neque fortasse debet. Wolfius.

Ante vocem Απαρδέυται Simpli-

cus conjunctionem collocandam existimat. Τῦτο συνεχές τῷ πρό αὐτῶ ἐστίν. καὶ ἔτι περ εἶχες τὸν, γὰρ σύνδεσμον, ὡς λέγειν. ἀπαρδέυται γὰρ ἐστίν ἔργον τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν. Hoc est: Cohæret hoc cum superiore; sique conjunctione addita legeretur: Nam eruditi munus est, &c.

6 Τὸ ἀναλῶ. Seipsum.] Agnoscit enim culpam suam, simulque in id intentus est, ne denuo ad eundem lapidem impingat: hoc est, ne alienarum rerum jus sibi arroget. Nam in eo quod præcedit, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πρῶτον κακῶς τοκεῖ, (ἄλλοις & αὐτὸς) suam habent ἔμφρασιν. Dilucidius c. 31. l. 5. id ipsum effert: Per alium te non magis in calamitate esse posse, quam in vitio: hoc est, cum solum esse calamitosum, qui male sentiat & vivat: non eum, qui negligatur, aut male tractetur ab aliis. Wolfius.

7 Τὸ μήτ' ἄλλω, μήθ' ἑαυτῶ.] Salmasiana habet: Τὸ μήτε ἄλλω, μήτε ἑαυτῶ. Melius tamen nostra, & alia editiones.

ιά.

Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῆς  
Ἐἰς ἀλλοτεῖω περὶ ἑρῆ-  
μαῖ. εἰ ὁ ἴπω ἐπαρθό-  
μην ἔλεγεν ἄν, ὅτι, κα-  
λὸς εἶμι, οἰζὸν ἄν ἦν. σὺ δ'  
ἔταν λέγεις ἐπαρθόμην,  
ὅτι, ἴπω καλὸν ἔχω, ἴδι  
ὅτι ἔπι ἴπω ἀγαθῶ ἐ-  
παίρη. τί εἴν ἐστι σὺν;  
χρήσις φαντασιῶν. ὡδ'  
ὅταν ἐν χρήσι φαντασιῶν  
καὶ φύσιν χῆς, τῆν καὶ  
ἐπαρθῆση. τότε γὰρ ἔπι  
σὺ τῆν ἀγαθῶ ἐπαρθῆση.

C A P. X I.

Nulla aliena præstantia  
effefferis animo. Si  
equus semet jactans dice-  
ret, sum pulcher; feren-  
dum esset. Tu vero cum  
insolenter gloriaris; te  
pulchrum equum habere:  
scito, equo te bono su-  
perbire. Quid igitur est  
tuum? Uius visorum.  
Quapropter cum in usu  
visorum ita moratus fue-  
ris, quemadmodum natura  
postulat, tum effefferis.  
Tum enim aliquo tuo bo-  
no lætaberis.

Κ Ε π δ

1 Ἐπὶ μηδεὶ ἰπαρθῆς ἀλλο-  
τρίῳ προτερήματι. Nulla aliena  
praesentia affectus animo. ] Quid ver-  
bo ἰπαρθῆς indicet, operæ est cogno-  
scere. Quippe non significat, per arro-  
gantiam efferri; ut in malam sæpe  
partem ea voce utimur. ( alioqui non  
suaderet, ut nostris & veris bonis  
efferremur. ] Non igitur simpliciter  
ἰπαρῆσθαι prohibet, sed alienis  
bonis. Videatur Simplicius. *σπε-  
catus.*

*visorium.* ] Obscuriora videntur hæc  
minus afflicti. Sed perinde est ac si  
diceret: in omnibus rebus non ap-  
petitum aut popularem opinionem,  
sed rationis iudicium sequendum.  
Visis enim recte uti, quid est aliud,  
quam, de rebus omnibus recte judi-  
care, & rationi parere, non affectui?  
*Wolffius.*

3 Ultima hujus sectionis verba  
Salmasius hoc modo edidit: τῷ τε  
γὰρ ἐπὶ σῶ τινι ἀγαθῷ ἐπαίρη.  
An bene? Iudicet lector.

2 Χρῆσις τῶν φαντασιῶν. *Vfus*

ιβ'.

C A P. XII.

Καθάπερ ἐν λιμένι,  
τῆ πλοῖα καθορμι-  
σθέντι, ἀν' ἐξέλθης ὑ-  
δρῶσα ἄλ, ὁδῶ μὲν πάρ-  
εργόν ἐπι, καὶ κοχλίδιον  
ἀναλέξασ, ἢ βολβά-  
ειον. <sup>2</sup> τεταῖ ἄλ δὲ δεῖ τι  
ἀφ' ἄνοιαν ὅτι τὸ πλοῖον,  
καὶ σιωεχῶς ὅπως φεῖ ἄλ,  
<sup>3</sup> μήτοιγε ὁ κυβερνήτης  
καλέσει. καὶ τότε πάντα  
ἐκείνα ἀφίεναι, ἵνα μὴ  
δεδεμένον ἐμβληθῆς,  
ὡς τὰ πρῶτα. εἶπω καὶ  
ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶ  
ἀντὶ βολβῶν καὶ κοχλιδίων  
γυναικῶν καὶ παιδίων,  
καὶ δὲν καλύσει. ἐὰν δὲ ὁ κυ-  
βερνήτης καλέσει, <sup>4</sup> τρέχει  
ὅτι τὸ πλοῖον, ἀφίεις ἐκει-  
να πάντα, μηδὲν ὅπως φε-  
ρόμενον

Quemadmodum in na-  
vigazione, subducto  
navigio, si aqutum exie-  
ris, obiter fortassis etiam  
cochleolam colliges, aut  
bulbum: animo autem  
in navigium intento esse  
oportet, ac continen-  
ter sollicito, ne guber-  
nator vocet: ac tum il-  
la omnia relinquere, ut  
ne vincetus, tanquam o-  
ves in navim conjicia-  
ris. Ita etiam in vita,  
si tibi vice cochleæ aut  
bulbi, detur uxorecula  
& puer: nihil impedit.  
At si gubernator voca-  
rit, cures ad navim, re-  
lictis illis omnibus; ne-  
que respicies. Quod si  
senex es, cave unquam  
à nave recedas longius;

φόνου. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς,  
μηδὲ ἀπαλλαγῆς ποτὲ ἔ  
πλοῖς μακρὰν, ὅ μήποτε  
χαλῶν ἔλλίπης.

1 Καθάπερ ἐν λιμένι. ] Melius  
in aliis, ut Plantiniana: Καθάπερ  
ἐν πλοῖ: quod & Wolfius in versio-  
ne expressit. Paraphrases, ἐν πλοῖς,  
non male: sed illud tamen magis  
probo. Casaubonus.

Καθάπερ ἐν λιμένι τῷ πλοῖ  
καθορισθέν. ] Rectius hæc ver-  
ba transtulit Salmasianæ editionis  
præfatus, nempe: *Quemadmodum*  
*in navigando, in portum subducto na-*  
*vigio.*

2 Τεταῖσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν  
ἐπὶ τὸ πλοῖον. *Animo in navigium*  
*intentio.* ] Aliter legitur, *τάτλεισθαι*  
*δὲ σε*, ordinare vel componere te.  
Sed prius est ἐμαρτυρικώτερον: signi-  
ficat enim illam animi propensio-  
nem sive extensionem, qua in rem  
aliquam quasi rapimur, aut exten-  
dimur. Navem sive philosophiam,  
sive vitæ institutum vocat: guber-  
natorem vero Deum: cui vocanti  
qui non pareat, aut pro mancipio  
tractetur, aut plane deseratur. *Sneecanus.*

3 Μήτοιγε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ. ]  
Ita complures excusit codices. Sal-  
masius legit: μήποτε ὁ κυβερνήτης  
καλέσῃ. Si mei arbitrii res fo-  
ret, legerem: μήτοι σε ὁ κυβερνήτης  
καλέσῃ, quod Wolfius pro varia  
lectione sua editioni adjunxit.

4 Τρέχει. ] Ita unanimiter omnes,  
Salmasiana vero, pessime habet *τρέ-  
χειν.*

† Minime damnandum, videtur  
τὸ τρέχειν, quod Salmasiana prætu-  
lit, si cogites infinitivum esse loco  
imperativi positum; cujusmodi  
ἐαλλαγή Græcis perquam est fa-  
miliaris. Hesiod. ε. *χαῖ ἦ. 427. φέ-  
ρειν δὲ γύνη, ὅτ' ἂν ἔυρης, κατ' ὄρος*  
*διζήμενος, ferto autem butrim, cum*  
*in veneris, in monte quærens.* Et in-  
fra cap. *κεκχι. μὴ μαντεύσθαι noli*  
*consulere valem.* Est præterea, quod

ne quando vocatus, de-  
ficias.

τὸ τρέχειν melius respondeat τῷ  
ἀφίνασθαι πάντα, quod præcessit.

5 Μήποτε καλέσῃ ἑλλίπης. Ne  
forte eo vocante deficias. ] Politia-  
nus attexit. Inque id vincētus conjici-  
ariis. Qui enim volens non sequi-  
tur, necessitate hoc patietur. Quæ  
appendix nec in excusis codicibus  
habetur, & est supervacanea. Lo-  
quitur enim non de externa vi, sed  
de imbecillitate vitium: quæ quo  
major sit ingravescente ætate, eo  
paucioribus rebus animum esse oc-  
cupandum: quod & iis vacare, &  
patere philosophiæ sit difficillimum.  
Homo cœlebs (si cætera paria  
sint) & in vita paucioribus esse  
contentus, & a quietiore animo disce-  
dere è vita potest. Maritum & pa-  
trem, tam viventem quam morien-  
tem, magis sollicitant uxorem, liberi,  
familia, quam ipse salus. In hæc  
sententiam scribit Cicero, tranquil-  
litatem animi atque securitatem eo  
faciliorem esse philosophis, quæ mi-  
nus pateant multa in eorum vita,  
quæ fortuna feriat, & quo minus  
multis rebus egeant: & quia, si  
quid adversi eveniat, tam graviter  
cadere non possint. Navem, sive  
philosophiam, sive vitæ institut-  
tum intelligo: gubernatorem vero,  
Deum: cui qui vocanti non pareat,  
aut pro mancipio tractetur, aut pla-  
ne deseratur. *Wolfius.*

Politianus addit in versione: *in-  
que id vincētus conjiciaris. Qui*  
*volens non sequitur, necessitate id*  
*patietur: sicut ex meliore aliquo*  
*codice ab ipso prompta esse, utut*  
*aliter censeat & disputet Wolfius,*  
*fidem isfacit Paraphrasis nostra. Toti-*  
*dem enim & illis verbis: καὶ διδο-*  
*μένῃ βληθῆς ὁ γὰρ ἐκὼν μὴ*  
*ἐπόμενῃ ἀναγκῇ τῆτο πείσεται.*  
*Casaubonus.*



17.

**Μ**ὴ ζήτητέ τὰ γινόμε-  
να γίνεσθαι ὡς θέ-  
λεις. ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ  
γινόμενα, ὡς γίνεσθαι, καὶ εὖ  
ποιήσεσ. <sup>2</sup> νόστος ἰσχυρο-  
τόσ ἐστὶν ἐμπόδιον, παραι-  
ρέσεως δὲ ἔσ, ἐὰν μὴ αὐτὴ  
θέλη. <sup>3</sup> χόλανσις, σκέ-  
λεσ ἐστὶν ἐμπόδιον, παραι-  
ρέσεως δὲ ἔσ. καὶ τὸ <sup>4</sup> ἐφ'  
ἐκάστῃ τῶν ἐμπιπτόντων  
ὀπίστεγε. ἐξήσεσ γὰρ αὐ-  
τὸ <sup>5</sup> ἄλλῃ πρὸς ἐμπόδιον,  
<sup>6</sup> σὺ δὲ ἔσ.

1 Μὴ ζήτητέ τὰ γινόμενα γίνεσθαι, ὡς θέλεις, ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα. ὡς γίνεσθαι, καὶ εὖ ποιήσεσ.] Argentinensis codex paulo aliter, ἀλλὰ θέλειν, ὡς τὰ γινόμενα γίνεσθαι. ut sit, ζήτητέ θέλειν, id stude ut velis: quæ si dicat, Voluntatem tuam facili is mutabis, quam naturam rerum. καὶ εὖ ποιήσεσ, verti, Si sapias. quod si displicet, repono, & recte facies. Est enim idem quod καλῶσ ποιεῖν, approbandi formula hoc loco. εὖ ποιῶ σε, bene de te mereor: & εὖ πράττω, facile agito, bene mecum agitur: non sunt hujus loci. Wolfius.

Salmasiana & aliæ hunc locum hæc modo habent: Μὴ ζήτητέ τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις. Ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα, ὡς γίνεσθαι, καὶ εὖ ποιήσεσ. Hæc ita vertuntur: Ne postules ea qua fiunt, ita fieri ut tu vis: sed ut fiunt, ita velis ea fieri; Sic omnia secunda tibi accident,

Yimum doctum suum judicium

## CAP. XIII.

**N**e postules, ea quæ  
fiunt, arbitrato tuo  
fieri. Sed si sapias, ita fieri  
quæque velis, ut fiunt.  
Morbus est corporis im-  
pedimentum; instituti  
non item, nisi ipse ve-  
lis. Claudicatio, pedis  
est impedimentum; in-  
stituti non item. Quod  
si singulis in rebus, quæ  
incidunt, consideraris;  
invenies eas alterius cu-  
juspian rei, non tui, esse  
impedimentum,

mire destituit, cum pulcherrimam & acutissimam sententiam aliena verborum istorum καὶ εὖ ποιήσεσ (si sapias) versione, non parum hebetavit simul & obscuravit. Politianus ante illum non male, & prospereris. Confirmat Paraphrasis, καὶ ἀλόπως διάξει. Imo totam hanc sententiam feliciter & argutius, pro argumento, Politianus: Ne velis qua fiunt, fieri ut vis; sed velis qua fiunt, ut fiunt, & prospereris. Multiveteres, quæ Græci, quæ Latini, verbis & ipsi rotundissimis, hunc sensum expressere; quorum sententiæ nobis alibi collectæ. Originem (contra Celsum) haud absimili concinnitate verborum, Hominiis τελείως, ἀρῆσθαι ἀβέλεται, καὶ γίνεσθαι ἐν τῷ βέλεται, εὖ ποιήσθαι igitur hic, quod aliis εὖ πράττειν. In editione quam sequimur, invenimus εὖ ποιήσεσ ut & Salmasiana: ex qua, si fallor, huc derivatum. Aliter omnes aliæ, quas vidimus, veteres & recentiores, Sed nec in

Piantiniana, quæ varias lectiones exhibet, reperitur. Quare nobis merito suspectum est: & vereor ne ex Simplicio petitam sit, potius quam ex scripto codice. Nec tamen inde sequitur, ita reperisse Simpliciam in *Enchiridio*, sed ad vitandam ambiguitatem, quæ Wolfium in errorem induxit, consulto, quod in *Enchiridio* repererat, τὸ εὐροεῖν, expressisse. Non laudo; cum sic percat acumen non contemnendum, quod in ambiguo verborum sensu latet. Quo alluit & Aristoteles his verbis, ἀδύνατον τῶ μὴ τὰ καλὰ πράττειν, καλῶς πράττειν. Hic quoque igitur faciendum duximus, ut vulgatam lectionem revocarem: quamvis in Simplicio iterum in cap. 78. τὸ εὐροεῖσιν. *Casaubonus*.

2 Νόσος, σώματος ἐστὶν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δὲ ὄ. ] Multa Stoicorum *paradoxa*, quæ prima facie ridicula. commodam tamen interpretationem admittunt: qualia, *Stultos omnes insanire. sapientes, solos esse divites: liberos: addunt & formosos*, (si velint:) & id genus alia. Sed quod hic asserit Epictetus, & alii passim Stoici, morbos corporis ad animum mentemve nihil pertinere, nec per illos obstare, quin sapiens sua felicitate, id est, plena solidaque mentis sanitate fruatur: id ab omni ratione, & communis usu tam remotum mihi videtur, ut non tam in eorum genere quæ *paradoxa* (seu ut Cicero vertit, *admirabilia*;) vocantur ponendum; quam fatuum & ridiculum videatur. Aut dicant & probrum suos illos sapientes febribus & deliriis nunquam tentari solitos: aut si à rabido cane morderentur, diris tamen affectibus animi non obnoxios fuisse, quibus alios passim corripimus videmus. Quid quod vir summus Aristoteles, & rerum naturæ sine exemplo (quicquid obstrepant nonnulli:) scientissimus; viros in quocunque genere præstantissimos, domi forisque laudatissimos; poetas, oratores, politi-

cos, milites, (quorum exempla adfert, Herculem, Lyfandrum, Ajacem, Bellerophontem, Empedoclem, &c.) *atrabilianos* plerosque fuisse dicat & furori, seu mentis alienationi, præter alios in quibus nihil non vulgare, obnoxios? Hic igitur excusent Stoicos, qui possunt: ego nullum colorem video. *Idem*.

\* Quod magnus Casaubonus hic Stoicos exagitet, & fatuam ac ridiculam pronunciet hanc illorum sententiam, mihi quidem minus recte facere videtur. Dicit Philosophus ὅσους σώματος ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ὄ. Quo nihil aliud innuit, quam sapientem, tunc etiam, cum corporis morbis premitur, tamen esse sui juris & liberum. cum per impedimenta corporis voluntas ejus sufflaminari haud possit dici, quippe qui stabile hoc suæ προαιρέσεως scitum observet, ubi nec possis; ubi nec velis.

Egregiam hujus ænigmatis sive parabolæ, seu mavis allegoriæ, explicationem qui desiderat, adeat Simpliciam. *Snecanus*.

3 Χάλασις σκέλος ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ὄ. *Claudicatio pedis est impedimentum, non instituti.*] At dices, instituto conficiendi itineris (præferim si jumentum aut vehiculum desit) obstat claudicatio. Respondebit Epictetus: Si præceptis meis parueris; non instituas iter, quod conficere non possis. Sic quo plura & majora fuerint impedimenta corporis, eo magis appetitum contrahes, paucioraque suscipies. At istud ipsum, inquis, est instituti impedimentum, eoque molestissimum. Negat Epictetus esse impedimentum, nihil temere & frustra appetere: sed id philosophi proprium esse munus affirmat. Illud certè vel stultus intelligit, præstare appetitum rationi obedientem præbere, quam irritis cupiditatibus æstare. At est factu difficile. Sic Deo visum, cui, nisi ultro feceris, parebis invitus. Illud tamen Epictetus (ut ea quæ sequuntur, docentis non vetat, quo minus commodis

quis, quatenus & natura postulet, & honeste possis, consulas. *Wolffius.*

4 Ε'φ' ἑκάστου. ] Ita omnes editiones, excepta Salmasiana, quæ habet: ἐφ' ἑκάστων.

5 Ἄλλως τινὸς ἐμποδίου, ὁὐδὲ ἔ. *Id. alterius cuiuspiam rei, non tui esse impedimentum.* ] Si concederet, pedem esse partem corporis (neque vero negat) corpus vero hominis partem esse (quod negare videtur) impedito pede, corpus: corpore impedito, homo ipse, ex parte saltem, impediretur. Quod si corpus instrumentum est hominis (qua de re plura ex Simplicio afferemus) ne-

gari certe non poterit, quin mutilato instrumento, imperfectior & incommodior futura sit actio. Male pugnabis gladio, cui vel capulus vel macro defuerit. Sed hæc differantur.

† Cogitandum per τὸ ὁὐδὲ, sive ὁὐ, nequaquam corpus intelligi, ceu partem hominis; quod hic in notis intendit Casaubonus; sed τὴν προαίρεσιν, sive appetitum hominis rationi obedientem, & ob id nullis impedimentis obnoxium.

ὁ Σὺ δὲ ἔ. ] Ita variis editis codicibus reperitur. Ast in Salmasiana & aliis: ὁὐδὲ ἔ.

ιδ'.

Ε'φ' ἑκάστου τῶν θεωρημάτων, μέμνησο ἐπιπέφωτον ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν. τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῶν. εἰάν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλὴν, εὐρέσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκρατεῖαν. <sup>1</sup> εἰάν πόνον πρὸς φέρῃ, εὐρήσεις καρτερίαν. ἀν' λαιδορεία, βίρησος ἀνεξιχνίασιν. καὶ ἔτιως ἐπιζήμιόν σε, <sup>2</sup> ἔστω καρτερίαν αἰ φαντασίαν.

2 Ἐάν πόνον προσφέρῃται. *Si labor objectus fuerit.* ] Maluisse doloꝝ. cum jam olim Ciceroni observatum fuerit, Græcos πόνον pro dolore usurpare: & ita passim apud Poetas, aliosque. Quod autem Græcis objicit alicubi Cicero, careat eos voce quæ dolorem, ut à labore distinguitur, exprimat: quamquam

## C A P. XIV.

Quicquid inciderit, in co memento, ad te conversus, inquirere, qua facultate sis ad usum ejus instructus. Si quem formosum, formosamve videris; ad eam rem temperantiæ facultas in promptu erit. Si labor objectus fuerit, tolerantiam reperies: Si convicium, patientiam invenies. Quod si te ita consuefeceris, visis non obtemperabis.

multa opponit Iul. Scaliger, in 10. *De Hist. animalium*: non tamen sine ratione est, cum sæpiissime in libris Græcorum communi appellatione confundantur, *Casaubonus.*

2 Οὐ συνεπέσθαι αἰ φαντασίαν. *Visis non obtemperabis.* ] Hoc est, neque voluptati, neque doloꝝ succumbes: sed pravas cupiditates

atque affectiones, sapientia virtutisque praesidio superabis. *Wolffius.*

Οὐ *Συναρπάσσει αἱ φαντασίαι.*] *Wol.* *visis non obtemperabis.* Idem cap. 22. *μὴ σε ἡ φαντασία συναρπάσσει, ne te visum illud moveat.* Cap. 24. *μὴ συναρπάξω σε ἡ φαντασία. ne te visum illud moveat:* & ita passim (frequens in Epicteto vox:) his aut similibus verbis, quæ vim Græci non satis exprimunt. Est enim in verbo *Συναρπάσσει* τῆς ἰσχύος (velocitatis) ut *Artianus* lib. 2. 18. exprimit: vel τῆς αἰφνιδίης (subiti & repentini:) ut *Simplicius* alicubi, significatio. Multum autem in eo situm est, ut intelligamus *φαντασίας* (sive oblatas rerum species:) ut quæque se res oculis aut auribus offert: non ante munitos animos invadentes & occupantes, sola celeritate pravare. Est autem prudentis & cauti, subita semper suspecta habere; cum vera sapientia temporis & deliberationis sit filia. Præterea, veræ libertatis amans animus, omnem vim tam quæ animo, quam quæ corpori infertur, non potest non abhorretere; & quocumque modo rapi, servile putare: *Dromo, Dromo, sublimem hunc intro rape, quantum potes. Rape, inquam.* Plane ita phan-

tasæ, si quis se illis præbeat, & rectam rationem, tanquam *Ajaciis* clypeum, non opponat. Huc facit & *Aristotelis* observatio, *ταρδιαται*, generositatis & μεγαλοφυχίας indicem statuentis. Hæc eo pluribus, ne *Wolffium* sine causâ reprehendere, aut de verbis, re castis, litem illi temere movere voluisse videremur. Præstat igitur *corrumpi* verbo, cum *Politiano*; vel *transversum* agi, cum aliis: vel alio quocumque verbo, quod aliquam velocitatis cum vi conjunctæ significationem habeat, exprimere. *Casaubonus.*

† Recte *Casaubonus* verbo *Συναρπάσειν* majorem, quam ei *Wolffius* dederit, vim hic tribuendam esse monet. At quæ plenior emphasîs, quam in verbo *auferendi*, quo *Cicero* utitur ad *Famil. epist. vii. l. 11. ne te auferant aliorum consilia.* Cui quidem verbo, cum illud in rebus, quæ specie fallant, adhibitum reperias, haud scio an usquam commodior sedes dari possit.

Ad verbum, non corripient te visa, quæ ἰδωλα vocant Græci communiter. *Sneecanus.*

*Salmasius* legit, ἕχ' ἀρπάσσει αἱ φαντασίαι.

ιέ.

**Μ**ηδέποτε ὅτι μινδενὸς εἴπης, ὅτι, ἀπώλεσα αὐτὸ, ἀλλ', ὅτι, ἀπέδωκα. ἢ τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπέδωκεν. τὸ χειρίον ἀφῆρέθη; ἕκ ἐν ἕ τῷτο ἀπέδωκεν; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει, ἢ ἄρα τίς σε ὁδὸς ἀπήτησε; μέλει

C A P. XV.

**N**unquam te quicquam perdidisse dicit, sed reddidisse. *Filiolus* obiit? redditus est. *Prædium* est ereptum? an non id quoque est redditum? At improbus est qui eripuit. Quid id tua refert, per quem, is qui dederat, ab te repetierit? Sed quamdiu con-

cessit.

δ' ἀνδιδῶ, ὡς ἀλλοτείας  
 αὐτῷ ἑπιμελῶ, ὡς ὅ  
 πανδοχείαι οἱ παλιόντες.

cesserit, tanquam alienum  
 id curato, ut cauponam  
 viator.

1 Το παιδίον ἀπίθανεν; ἀπεδόθη.]  
 Ita constanter (in omnibus excusis  
 legitur. Ast Salmasiana editio hoc  
 loco cunctis auctior est; habet enim:  
 Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη ἢ  
 γυνὴ ἀπίθανεν; ἀπεδόθη. Τὸ χα-  
 ρίον, &c. Sed miror, Salmasianæ  
 editio: nis præfectum, cum multis in

locis a Wolfiana versione abeat, il-  
 lam verborum appendicem in Lati-  
 num non transtulisse.

2 Δια τίνος σε ὁ δὲς ἀπήνησε.]  
 In omnibus ferme ita habes: Sed  
 Salmasiana, διὰ τί σε ὁ δὲς, &c.  
 Hanc lectionem quoque Wolfius  
 agnoscit.

15.

Εἰ θεράσκου θέλεις,  
 ἄφες τῆς ποιήτης  
 ἀφροσύνης. εἰ ἀμε-  
 λήσω τ' ἐμῶν, ἔχ' ἕξω  
 ἀφροσύνας. εἰ μὴ κο-  
 λάσω τ' παῖδα, πονηρὸς  
 ἔσται. ἰ κρείσσον γ' ἢ λιμῶ  
 σποθαιεῖν, ἄλυτον καὶ  
 ἀφρόνον γενόμενον, ἢ ζῆν  
 εἰ ἀφρόνοις παρεασόμε-  
 ρον. κρείττον δέ, τ' παῖ-  
 δα κακὸν εἶναι, ἢ σε κα-  
 κωδίμενα.

C A P. XVI.

Si quid proficere studes,  
 Silitiusmodi cogitatio-  
 nes missas facito; Si mea  
 neglexero, non erit unde  
 vivam: Nisi puerum casti-  
 gâro, malus erit. Præstat  
 enim perire fame, timor-  
 ris ac molestiæ exper-  
 tem; quam copiis omnium  
 rerum circumfluentem,  
 animo vivere perturbato.  
 Et puerum malum esse  
 præstat; quam te infeli-  
 cem.

1 Κρείσσον γὰρ λιμῶ ἀποθα-  
 ρεῖν, ἄλυτον καὶ ἀφρόνον γενομένον.  
 Præstat enim timoris fame, ubi do-  
 loris & timoris expert evaseris.]  
 Quæri non injuria possit, tantæ  
 constantia cadat in fragilitatem  
 humanam, ut Saguntina (quod a-  
 junt) fame non afficiatur? Dein-  
 de quod de puero dicit, nisi ita in-  
 telligatur, ut tum demum ejus cu-  
 ra abiciatur, cum neque verbis ne-  
 que verberibus quicquam profre-  
 ceris: videbitur plena inhumanita-

tis oratio, & Timone μισανθρω-  
 πῶ quam homine philosopho di-  
 gnior, qui & ipse aliquid studii at-  
 que operæ ad consolationem civili-  
 lem afferre debet. Equidem existi-  
 mo ὑπερβολὰ ἐστὶ, nimia solici-  
 tudinis reprimendæ causa usur-  
 patas. Quod si cavillari libeat, hyper-  
 boreticam esse dices propositionem,  
 ἀλυτον καὶ ἀφρόνον γενόμενον,  
 ubi & dolorem & metum propul-  
 saris: tum enim nec fame doleris,  
 nec mortem metues: sed quando

id fiet? Paucissima certe in omnibus historiis extant exempla: & quæ extant, ut Socratis, Anaxarchi, Diogenis, Demonactis, Lælii, Ca-

tonis, & aliorum, dubitati potest an sint Græcorum ingeniis ornata vehementius, & supra veri fidem amplificata. *Wolfius.*

1ζ.

**Α**ῖξαι τοιγαρῶν ἀπὸ τῶν μικρῶν. ἐκχεῖ τὸ ἐλάδιον; κλέπτει τὸ οἶνάριον; ὅπιλεγε, ὅτι, ποσὸν πωλεῖ τὴν ἀπάθεια, ποσὸν ἀπαρᾶξία. ὡρεῖται δὲ ἕδὲν φερίνεται. ὅταν δὲ καλῆς τὴν παῖδα, ἐνθυμῶν ὅτι δυνάει μὴ ὑπακῶσαι· καὶ ὑπακῶσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις, καὶ ἕχ ἕως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπὶ ἐκείνῳ ἢ, τὸ σε μὴ παραχθῆναι.

1 Μὴ ὑπακῶσαι. ] *Wol.* non praesto esse: *Politianus*, non audire. Fortasse, μὴ ὑπακ, pro παρακῶσαι, id est, non intellexisse. *Casaubonus.*

2 Καὶ, ἕχ ἕως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς. Neque vero eitam bene sit. ] Videtur potius ἕσω vel ἔμ legendum ut sit sententia, contemni potius puerum oportere, quam ejus sive contumacia sive inscitia commoveri. Absit, inquit, ut tu commovearis, cum

stultus & improbus puer, sive ex inscitia, sive de industria, peccaverit. *Wolfius.*

In aliis editionibus legitur: Ἄλλ' ἕχ ἕως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς. Et pro ἐστὶν αὐτῷ, *Casaubonus* habet ἕσω αὐτῷ. Et bene monet *Wolfius* ita esse legendum.

3 Τὸ σε μὴ παραχθῆναι. ] *Casauboniana* editio habet: τὸ σε παραχθῆναι.

## C A P. XVIII.

**Ε**ἰ θεροῦσαι θέλεις, ἔσόμενον, ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἄνευ δόξαι, καὶ ἡλίθιου.

**S**i quid proficere vis, ne recusa, quo minus ob res externas amens & fa-

tuus

ἡλίθιος. ὁ μὴ δὲν βύλα  
δοκεῖν ὀπίσθαστα. ὁ καὶ  
δόξης πὶν εἶναι πῆς, ἀπί-  
στεαυτῶ. Ἰ' ὅτι γ', ὅτι  
ἔ β' ἰδιον, καὶ τὴν παλαι-  
ρεσιν τὴν σεαυτῶ καὶ φύσιν  
ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ  
ἐκτός. ἀλλὰ ὁ ἑτέρος  
ἐπιμελέμενον, ὁ ἑτέρος  
ἀμελήσας, πᾶσα ἀνάγκη.

tuus habearis : Ne quid  
scire videri velis. Quod si  
quis aliis esse videaris: ipse  
tibi diffidito. Scito enim,  
facile non esse institutum  
tuum in eo statu, qui sit  
naturæ consentaneus, con-  
servare, & res externas am-  
plecti: sed aliter non posse  
fieri, quin is, alterum qui  
curet, alterum negligat.

1 Εἰ προκόβαι θέλεις. Si profice-  
re vis. ] Scilicet, in philosophia &  
animi cultura. Eam enim προκο-  
πὴν seu profectum intelligit, qua  
tranquillitas animi & libertas augea-  
tur. Wolfius.

2 Ἐπίμεινον ἕνεκα τῆ ἐκτός ἀνε-  
δόξαι. Ne recusa propter externa vi-  
deat amens. ] Qui enim voluprates,  
opes, honores minus curat, praesertim  
si illa consequi liceat, vulgo stultus  
habetur. Idem.

3 Ἐνεκα τῆ ἐκτός. ] Scrib. ἢ ἐκ-  
τός, ut in Salmasii editione. Paraphr.  
παρὰ τοῖς ἐκτός, non male. Qui di-  
cantur in N. T. sed & Ethnicorum li-  
bris, οἱ ἐκτός, Christianus lector non  
(opinor) docendus. Optimus sic quo-  
que sensus. Sed obstat huic lectioni,  
quod hoc iterum capite, τὰ ἐκτός,  
ubi iterum Paraphr. τοῖς ἐκτός ἀρί-  
στου. Sed eodem res redit. Externas  
enim res ament necesse est, qui vulgo  
hominibus placere aut probare se

student. Hinc est, quod avari, & cum-  
mulandis per fas & nefas opibus in-  
tenti, soli sapientes apud vulgus au-  
diunt. Casaubonus.

4 Ἄνεκεν δόξαι. ] Salmasius legit  
cum aliis, ἀνόητος δόξαι.

5 Μὴ δὲν βύλα. ] Salmasius vero  
& Wolfius legunt: Μὴ δὲν βύλα.

6 Καὶ δόξης τινα εἶναι τις. ] In  
quibusdam codicibus reperitur: Καὶ  
δόξης τινα εἶναι τις. Sed tum de-  
esse videtur ἀξίος, dignus aliquo:  
Sed non opus est, si, ut ceteri co-  
dices habent, pro τινα, τις legatur.  
Wolfius.

7 Ὅτι ἔ β' ἰδιον. ] Male in Salmasii-  
ana: ὡς ἔ β' ἰδιον.

\* Cave damnes Salmasianam.  
Quid enim usuratum magis, quam  
τὸ ὄνομα pro ἰδιῳ adhiberi. vid. Devari-  
um de part. Gr. Ling. in hac voce.

8 Τὸν ἑτέρον. ] Ita omnes editio-  
nes praeter Salmasianam, quae habet:  
τῶ ἑτέρου.

19,

2 Ἄν δέλης τὰ τέκνα  
αὐτοῦ, καὶ τὴν γυναῖκα,  
καὶ τὰς φίλους αὐτοῦ πάν-  
τοτε ζῆν, ἡλίθιος εἶ. τὰ  
γ'

C A P. XIX.

Si in id studes, ut liberi  
tui, uxor, amici, per-  
petuo vivant & floreat,  
stultus es. Nam quæ in  
tua

γδ' μὴ ὄπι' σοι, ἢ θέλεις  
 ὄπι' σοι εἶναι· καὶ τὰ ἄλ-  
 λότρια, σὰ εἶναι. ἔγω  
 καὶ τὴν παῖδα θέλεις μὴ  
 ἀμαρτάνειν, μωρὸς εἶ.  
 ἢ θέλεις γδ' τὴν κακίαν, μὴ  
 εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλό-  
 τι· ἀν δὲ θέλεις ὀρεζόμε-  
 νον μὴ σποτυγχεῖν,  
 τῆτο δύνασαι. ἢ τῆτο ἐν  
 ἀσπί, ὃ δύνασαι.

tua potestate non sunt, ea  
 in potestate tua esse vis,  
 & aliena esse tua. Sic  
 etiam, si puerum pecca-  
 re non vis, stultus es.  
 Id enim postulas, ut vi-  
 tium non sit vitium, sed  
 quiddam aliud. At si eo  
 quod appetis, frustrari  
 non vis: hoc quidem  
 potes. Ergo quod potes,  
 in usum voca.

1 Ἄν θέλεις.] Salmasiana, ἐὰν  
 θέλεις. Et ita quoque infra, ἐὰν δε-  
 θέλεις, quæ lectio aliis præferenda  
 videtur.

2 Πάντοτε ζῆν.] Wol. perpetuo vi-  
 vant & floreat: ex aliquo, ut con-  
 jicio ego, Manuscripto, quamvis in  
 nullo editorum mihi repertum. Sed  
 nec Simplicius in suo Codice repe-  
 ris se videtur; ita tamen & Γαλαρθη-  
 σης: πάντοτε ζῆν καὶ εὐπράττειν. Ca-  
 saubonus.

3 Θέλεις.] Quidam codices ma-  
 le: Εἰ θέλεις. Idem.

4 Θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶ-  
 ναι κακίαν. Id enim postulas. ut vi-  
 tium non sit vitium.) Innuit opinor,

pueros & omnes mortales natura  
 esse vitiosos: nec vitia propulsari, nisi  
 per philosophiam, cujus non satis ca-  
 pax sit tenera & rudis ætas: quæ ut  
 castiganda sit, non tamen sit abji-  
 cienda.

5 Τῆτο ἐν ἀσπί, ὃ δύνασαι.]  
 In editionibus quas ego cunque vidi  
 Wolfiana, ut & in Salmasiana, &  
 Plantinianis, ommissa est horum ver-  
 borum versio Latina. Quæ hic ad-  
 dita est; an Wolfii sit, an alterius,  
 nescio. Non est tamen quod Græ-  
 ca suspecta Lector habeat, cum  
 in omnibus editis, mihi visis,  
 exemplaribus reperiantur. Casaubo-  
 nus.

κ'.

Κύριον ἕκαστος ἐστίν,  
 ὃ τὸ ὑπὸ ἐκείνου δε-  
 λομύων, ἢ μὴ δελομέ-  
 νων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς  
 τὸ περιποιῆσαι ἢ ἀφελεί-  
 σθαι. ὅστις ἐν ἐλευθερίᾳ  
 εἶναι βούλεται, μήτε δε-  
 λέτω

C A P. XX.

Cujusque dominus is  
 est, quæ ipse  
 vult, aut non vult, pote-  
 statem habet vel confer-  
 vandi, vel eripiendi. Quis-  
 quis igitur liber esse vo-  
 let, neque cupiat quie-  
 quam, neque aversetur

COO



λέτω πι , μήτε Φθγέτω  
πι τ̄ ἔω' ἄλλοις. εἰ δὲ μή,  
δελθύειν ἀνάγκη.

Ἰ Κόριϑος ἰκάσθῃ ἐστὶν ὁ τῶν ἰπ̄  
ἰκαίης. (ujusque dominus est is,  
qui cupiditatum ejus.) Quam mul-  
tos ergo Fortuna dominos nobis

eorum quae penes alios  
sunt. Sin minus, servire  
necesse erit.

imposuit: Quanto plures ipsi nobis  
imponimus, insatiabili caduca-  
rum rerum cupiditate? Wol-  
fius.

κά.

**Μ**έμνησο, ὅτι ἴως ἐν  
Μουμποσίῳ, δεῖ σε ἀ-  
νατρέφειν. Περιφερόμε-  
νον γέρονε ἢ κατὰ σε;  
ἐπιτίνας τὴν χεῖρα, κο-  
σμίως μετὰ λαβε. παρέρ-  
χε; μὴ κάτεχε. ἔπω  
ἢ κῆ; μὴ ἐπίβαλε πόρρω  
τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ φείμε-  
νε, μέχρῃς ἀν γένη κα-  
τά σε. ἔτω πρὸς τέκνα,  
ἔτω πρὸς γυναικα, ἔτω  
πρὸς δούλους, ἔτω πρὸς  
πληθύν. καὶ ἔση ποτὲ ἢ  
ἄξιον τ̄ θεῶν συμπό-  
της. ἀν δὲ καὶ ἄπειθεν-  
των σοι μὴ λάβῃς, ἀλλ'  
ὑποφίθῃς, τότε ἢ μόνον  
συμπότης τ̄ θεῶν ἔση,  
ἐλλὰ καὶ σιωπῶν. ἔτω  
γὰρ παιῶν Διογένους καὶ  
Ἡράκλειου, καὶ οἱ ὀ-  
μιοι, ἀξίως ἢ θεοῖ τῶν ἡ-  
στων, καὶ ἐλέγητο.

C A P. XXI.

**Μ**emento, sic in vita  
Messe versandum,  
tanquam in convivio. Si  
quid circumferendo ad te  
pervenerit: porrecta ma-  
nu partem modeste ca-  
pito. Præterit? Ne de-  
tine. Nondum adest? Ne  
longe appetitum exten-  
dito: sed expecta, dum  
ad te perlatum fuerit. Sic  
erga liberos, sic erga con-  
jugem, sic erga magistra-  
tus, sic erga divitias si  
affectus fueris, aliquando  
dignus eris convivio Deo-  
rum. At vero si oblata  
etiam non acceperis, sed  
despexeris, non conviva  
Deorum modo, sed &  
imperii, confors eris.  
Sic enim cum facerent  
Diogenes, Heraclitus, &  
similes, merito divini ut  
erant, ita & diceban-  
tur.

1 Ως ἐν Συμποσίῳ. ] Addit Paraphras. ἕπας ἐν βίῳ, quod sententia requirit, & cuius defectus Politianum à vero sensu abduxit, ut verteret, Memento oportere te in convivio versari: Wol. autem ex ingenio, an vetere aliquo manuscripto libro suppleverit, incertum mihi. Mox pro κάρτεχε: Paraphrasis, κατάρτεχε: Sed nihil opus. Casaubonus.

2 Ἄξιός τῶν θεῶν συμπότις. Diis dignus compositor. ] Significat, Externarum rerum despicentiam divinum esse quiddam, & reddere Deo similem. Wolfius.

3 Παραθέντων σοί. Vbi tibi apposuerint. ] Simplicius, παρατεθέντων, appositis: Sed & alterum ἁλλειπτικῶς ferri potest, si intelligas, τῶν μαγείραν τὰ σιτία, si coqui vel ministri fercula tibi apposuerint. Idem.

4 Θεοὶ τε ἦσαν καὶ ἐλέγοντο. Divini ut erant, ita & dicebantur. ] Insolenter utique & imperitate. Quam enim infinito intervallo vel praestantissimus homo ab extrema umbra divinitatis abest; Idem.

Ἵπεροβολικῶς dicitur. Suetonius.

κβ'.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς  
 Πινὰ ἢ ἐν πένθει, ἢ  
 ἄποδμηθῆναι τέκνα, ἢ  
 ἄπολωλεκότ' ἐπὶ τῷ ἑαυ-  
 τῷ, πρὸς σε, μή σε ἢ  
 φαντασία συναρπάσῃ,  
 ὡς ἐν κακοῖς ὄντι αὐτῷ,  
 τοῖς ἐκτός. ἀλλ' ἐν θυῖ  
 ἀγρίῃ πρὸς σεαυτῷ, καὶ  
 λέγειν ἔτω πρὸς χεῖρον,  
 ὅτι, τῷτον θλίβῃ, ἢ τὸ  
 συμβεβηκός, (ἄλλοι γὰρ  
 θλίβῃ) ἀλλὰ τὸ δόγμα  
 τὸ ἐπιτέτων. ἢ μέχει  
 μύθοι λόγῃ, μὴ ὅκνη  
 συμπειφίρεσθαι αὐτῷ,  
 καὶ ἔτω πύχη, συνεπι-  
 γενάξαι. πρὸς σε μύ-  
 θοι, μὴ καὶ ἔσθαι συνε-  
 πιγενάξῃς.

Σ Α Ρ. XXII.

Cum ejulantem quem-  
 piam videris in lu-  
 ctu, sive peregre pro-  
 fecto filio, sive rebus  
 amissis: cave ne te vi-  
 sum illud moveat, ut  
 existimes versari cum in  
 malis ob externa: sed  
 statim ipse tecum distin-  
 guito, sitque in promptu  
 ut dicas: Istum affligit  
 non casus ille (alium e-  
 nim non affligit) sed  
 concepta de eo opinio.  
 Ac ratione quidem tua  
 ejus perturbationi sub-  
 fervire, ne dubita; at-  
 que adeo, si res ita tu-  
 lerit, congemiscere. Ca-  
 vebis autem, ne intrin-  
 secus etiam congemi-  
 scas.

Ἰ Εὐ πίνθη.] Id est, mortuo filiō: aut alio quoquam de charissimis: ut sunt, uxor, parentes, liberi. Ita enim vox πίνθη proprie hic accipienda est: quod neque Politianus neque Wolfius videntur adverſiſſe. Simplicius optime: Ὅταν ἔν, φησὶ, κλαιούτω ἴδης ἢ αἰς ἀπεθανόντων αὐτῶ τίνης, ἢ αἰς ἀποδημόντων, ἢ αἰς ἀπολαλεόντων τὰ αὐτῶ. Nec multo aliter Duvivarius, vir doctissimus, non eodem quamvis ordine: Si vous voyez quelqu'un en deuil qui pleure, ou pour ce que son fils s'en est allé voyager, ou bien est mort, &c. Sed planior & dilucidior Epicteti oratio fuisset (qualem si reperissent viri docti, aliter haud dubie quam fecerunt, vertissent: ) si ex Paraphrasce rescribamus, ἐπὶ πίνθη; non ἐν πίνθη. Casaubonus.

2 Καὶ λέγειν ἔσω πρόχειρον.] Tessime in Salmasiana legitur: καὶ ἔσω πρόχειρον, absque verbo λέγειν.

3 Ἄλλον γὰρ εὐλίβει.] ὅτι ἄλλο ἔχ. ἄττειται. Alium non angit: quia non tangit. Facile omnes, cum valemus, recta consilia aegrotis damus. Tu si hic sis, aliter sentias. Alterius vulnera & eadem spectare sine dolore corporis possumus, sed ipsi non sine acerbissimo doloris sensu vulneramur & caedimur. Byzantinum incendium, pestis, terræmotus, sedi-

tio, bellum, te Romæ degentem non angit, quia non tangit. At vero,

*Et tua res agitur, paries cum proximas ardet.*

Sed hæc eorum querela est scilicet quibus persuaderi non potest, corpus, opes, uxores, liberos, non esse ipsorum, sed juris alieni. Secus Hiob, qui opibus & liberis amissis laudavit Deum, qui ea quæ dedisset, abstulisset. Wolfius.

4 Τὸ περὶ τῶτων.] Ita Wolfius & Casaubonus; sed Salmasius habet: τὸ περὶ τῶτων.

5 Μίχρη μέντοι λόγῳ, μὴ ὄκνεα συμπεριφέρεισθαι αὐτῶ. Verbotenus illi te accommodare ne dubita.] Sententia est. Ne dubites illius affectuū & verbis & suspiriis subservire, ac dolorem præ te ferre. Remittit hic aliquid Epictetus de Stoïca severitate καὶ ἀπαθείᾳ, vel potius ἀσυμπαθείᾳ, qua vehementer offenduntur ii, qui in malis sibi esse videntur, nec simulationem improbat. Idem.

† Omnino hic oratione legendum in versione; non ratione. Vult enim, externum sermonem accommodandum esse ad dolentis affectum. Quod & Casauboni data modo explicatio intendit.

6 Συνεπισηνάξῃς.] Reperies in Salmasiana, συνάξῃς.

κγ'.

Μέμνησο, ὅτι ἔπακει τῆς εἰς δαμάματον, ὅις ἀν δέλη ὁ διδάσκαλος ἀν βραχὺ, βραχέος ἀν μακρόν, μακρῶ. Ἀν πτωχὸν ἔποκεινασθαι σε δέλη, ἵνα καὶ τῆτον θυφῶς ἔποκείνη. ἀν χαλόν, ἀν ἀρχοντα, ἀν

### C A P. XXIII.

Actorem esse fabulæ Atalis, qualis magistro probata fuerit, te memento: si brevis, brevis; si longa, longæ. Si mendicum agere te voluerit; fac eam quoque personam ingeniose repræsentas. Ita si claudum, si principem, si plebejum.

Hoc

ἐν ιδιώτῳ. σὺν γὰρ τῷ τῷ  
 ἔστι τὸ δοθὲν ὑποκείμενον  
 ὡρῶσπον χαλῶς· ἐκλέ-  
 ξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλα.

Hoc enim tuum est, da-  
 tam personam bene effin-  
 gere: eam autem eligere,  
 alterius.

Ἰ Ὅτι ἐν δέλη ὁ διδάσκαλος.  
 Qualem volueris magister. ] Hoc est,  
 ὁ ποιητὴς, εἴτε κωμωδοποιὸς, εἴτε  
 τραγικός, ποιῆτα, sive Comicus,  
 sive Tragicus. Sic in vita Sophoclis,  
 ἐδίδαξε δὲ δράματα τριῶν. Edidit  
 fabulas centum & viginti tres. Quod  
 ad rem ipsam attinet, idem Epigram-  
 ma Græcum docet:

Σκῆνη πάς ὁ βίος, καὶ παίγιον.  
 ἢ μάτε παίζειν,

Τὴν σπυρδὴν μεταβείς, ἢ φέρῃ  
 τὰς ἰδύνας.

Vita quid est? joens & ludus. Vel  
 ludere discere;

Curis sepositis: vel cruciari miser.  
 Nazianzenus idem fere significat,  
 sed majore gravitate & pietate, his  
 versibus, dignis qui memoriz mand-  
 dentur:

Θυμὲ βλέψον ἄνω, χθονίαν δ'  
 ἐπιλήθεο πάμπαν.

ἰ καδ'.

<sup>2</sup>Κόραξ ὅταν μὴ αἰ-  
 σιον <sup>3</sup>κεκράγη, μὴ  
 συναρπαζέτω σε ἢ Φαν-  
Ὡς τὸ, Ἡμέρα ἐστὶ, καὶ Νύξ ἐστὶ, πρὸς μὲν τὸ διεζβυγμῶνον μεγαλύτεην ἔχουσαν ἄξιαν,<sup>2</sup> πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμῶνον ἢ συνημμῶνον ἀπαξίαν· ἔτω καὶ τῶν παρκειμῶνων τὰ μείζονα ἐλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγαλύτερον ἔχει ἄξιαν, πρὸς δὲ τὸ κοινὸν οὐ ἐπιτάσῃ, † οἷον δεῖ μὴ φυλάξῃ, ἀπαξίαν ἔχουσαν· ὅταν ἐν συσεαδίῃς ἑτέρῳ, μέμνησο, ἢ μόνον τι πρὸς τὸ σῶμα ἄξιαν τῶν παρκειμένων ὄραν, ἀλλὰ καὶ τι πρὸς τὴν ἐπιτάσῃ, <sup>3</sup> οἷαν δεῖ φυλαχθῆναι.

[Ὡς τὸ, ἡμέρα ἐστὶ, καὶ νύξ ἐστὶ.]  
Hic locus per se mutilus, in utraque Basiliensi editione suppletus est. Sed haud abs re mireris, cur pronuntiatum dialecticum ad convivii rationem accommodarit. Monere fortassis adolescentes voluit, elaborandum esse potius, ut boni sint ratiocinatores officiorum, quam ut arguti dialectici evadant: & quæ dialecticis rationibus probata fuerint, ea in cibo & potu omnique vita usurpanda esse: & naturalem appetitum ita moderandum, ne caeco nostri amore impulsū, vel civilem consociationem violemus, vel intemperantia nostra dedecus aliquod

Ut hoc pronuntiatum Dies est, & Nox est, magnam habet in conjunctione vim, in conjunctione vero prorsus nihil valet: sic maxima quæque ex iis quæ apposita sunt, arripere, ut respectu corporis, magni est momenti; ita, si communitas convivii spectetur, magnum habebit, nisi caveris, dedecus. Cum igitur conviva es alicujus; memento, non solum eorum quæ apposita sunt pretium, quod ad corpus attinet, considerandum esse: sed & eam quæ convivatori debetur, reverentiam esse conservandam.

fuscipiamus. Cum supra vitam conviviō compararit, hoc præceptum ad omnes vitæ nostræ actiones accommodetur: & ubique non privata cupiditatis & utilitatis, sed æquitatis & societatis ratio habeatur, & voluntas convivatoris, hoc est Dei spectetur. *Wolffius.*

Ὡς τὸ, ἡμέρα ἐστὶ, καὶ, νύξ ἐστὶ, πρὸς μὲν τὸ διεζβυγ.

*Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis*

*In tenebris metuant: sic nos in luce timemus,*

*Interdum nihilo quæ sunt metueda magis quam*

*Qua pueri in tenebris pavitant, sin-  
guntque futura.*

*Hunc igitur terrorem animi tene-  
brasque, necesse est*

*Non radi Solis, non lucida tela  
diei*

*Discurrant; sed natura species ra-  
tioque.*

Libet ita mihi cum principe Poëta hic præfari, nulla adeo necessitate materiae coactus, quam suavitate carminis ad usum vitæ præcipui, ille est. Miras certe tenebras hic sibi finxerunt interpretes plerique, quæ non multo labore *dicuti* posse feruntur. Atque id primo qui non litis versari, monendi sunt, amare Stoicos ex rerum in usu communi obviarum similitudine præcipua sæpe in morali Philosophia dogmata, præceptave, confirmare. Quis expectaret ex ipsa scribendi consuetudine, ut ex descriptione verbi *Dionis, ἀπαξίας*; aut ex *Antonini, patientiæ & constantiæ* præceptum, vel argumentum? quæ tamen apud Arrianum, non uno loco: etiam apud Antoninum reperire est. Cum autem Dialecticæ, & quidem spinosioris, quam solidioris aut utilioris, (quod & Seneca, tantus ipse Stoicus, non uno loco ingenue agnoscit:) studiosissimi plerique essent: quid mirum si argutas interdum Logicas ad usum tradendæ disciplinæ suæ transferrent? Porro ex omni quam late pater Dialecticæ, nullus locus illis, vexatior dicam, an acceptior? quam erat iste de *separatis & connexis* propositionibus; quarum usitatum hoc exemplum fuit, *Dies est, & nox est.* Unde & quod Sextus Empiricus veteris omnis Philosophiæ peritissimus scriptor, tam multa de istis, non uno loco, nec paucis sed pluribus continuis paginis; tum de propositionibus in genere, tum de hoc eorum vulgarissimo exemplo tradidit. Ut igitur si quis *disjunctive*, *Dies est, & nox est*, nemo dubitat quin verissime dicat: (quod in Epicteto, *μεγάλαν ἔχει ἀξίαν*: id est, *verissime est propositio, sive assertio*: unde

*ἀξίωμα*.) sin autem *conjunctive*, *Dies est, & nox est*; ἀσύστατα loquitur & palam repugnantia: Ita (infern Epictetus) in convivio proxima quæque sine discrimine arripere, ejus fortasse fuerit, qui sibi separatim & suæ seu necessitati, seu edacitati consulat: non ejus qui hominem se; id est, animal ad societatem natum meminerit: cuius naturæ consentaneum, non sibi tantum uni, sed in commune pro re nata consulere. Epictetus apud Arrianum pari simplicitate totam degendæ vitæ rationem ad hypotheticas propositiones refert, & hoc ipso exemplo utitur: *Ὡς ἐπὶ τῆ ὑποθετικῶν λόγων ἀναστροφῆς ἀποδείξει καὶ ἐπὶ τοῦ βίου.* Εἴσω νύξ. ἔστω. τί ἐν, ἡμέρα ἐστίν; ἔ. ἔλαβον γὰρ ὑπόθεσιν τῆ νύξια εἶναι, &c. Ibi quoque vox *ἀξία* non vulgari significatione. Simplicius aliter Epicteti verba legisse videtur; *Ἡῶτοι ἡμέρα ἐστίν, ἢ νύξ ἐστίν, &c.* & eo interpretationem suam accommodat. quam per omnia cum nostra concordare non præsto. Nos quod à spinis, & argutis erat remotissimum, & ad intelligendum, planissimum, expressivissimum. *Casaubonus.*

2. Πρὸς δὲ τὸ Συμπεπλεγμένον ἢ συνημμένον ἀπαξίαν.] Varie in variis editionibus hæc leguntur. In quibusdam habes, *πρὸς δὲ τὸ συνημμένον ἀπαξίαν.* Præter veram lectionem quam Wolfius suæ editioni inseruit, in quodam codice pessime invenit: *πρὸς λέπει τὸ συμπεπλεγμένον ἀπαξίαν.* Hæc in re nobis etiam Salustiana editio displicet quæ habet, *πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον, ἀπαξίαν;* Quia ipse Simplicius hæc verba nempe τὸ συμπεπλεγμένον ἢ συνημμένον, in sua exegesi interpretatur, ita inquit: *Τῶν ὑποθετικῶν συλλογισμῶν, ἃν οἱ Στωϊκοὶ τὴν τεχνολογίαν ἐλεπήργησαν, αἱ μὲν εἰς διειρημένους μὲν, οἱ δὲ Συνημμένους, ἥτοι συμπεπλεγμένους.* Hoc est: *Syllogismi hypothetici, in quibus enucleandis Stoici laboraverunt, partim sunt disjuncti, partim*

conjuncti, siue complexi. Qui Epictetum transtulit τὸ συμπετλεμένον omisit. Nisi quis dicat sufficere, in conjunctiōe, duo illa verba transtulisse. Ego vero si mei arbitrii res foret hunc locum ita verterem. In conjunctiōe vero, siue conjunctiōe proferri nihil valet.

† Videtur Wolfius hic legisse, οἶον εἰ μὴ φυλάξει. reddidit enim,

nisi caueris. Si conjectura locus, ideo, οἶον δεῖ μὲν φυλάσσειν, quae certe certumitas seruanda est. hoc pacto eadem notio τῶ φυλάσσειν retinetur, atque in sine capitis, οἶον δεῖ φυλάσσειν quae est conseruare oportet.

3 Οἶον δεῖ, μὴ φυλ.] Rescribe ex Simplicio, quod & sententia requirit: οἶον δεῖ, μὴ φυλ. Casaubonus.

vθ.

## C A P. LIX.

**Α**ν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς πὶ πρόσωπον, καὶ ἐν τῷ ἡχημόνησας, καὶ ὁ ἡδύνασο ἐν πληρῶσιν, παρέλιπες.

**S**i quam personam, quæ vires tuas superat, indueris: cum eam indecore geres; tum eam, quam sustinere posses, negliges.

ξ'.

## C A P. LX.

**Ε**ν τῷ περιπαλεῖν, καὶ θάπερ περσέχεις, μὴ ὀπιθῆς ἡλῶ, ἢ φρέψῃς τὸ πόδα· εἴτω περσέχει, μὴ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς τὸ σεαυτοῦ. καὶ τῶν ἂν ἐφ' ἐκάστῃ ἔργῳ περιπαυλάσῃσιν, ἀσφαλέστερον ἀφόμεθα ὃ ἔργῳ.

**Q**uemadmodum in ambulando caves, ne clavum calces, pedemve distorqucas: sic in degenda vita cave, ne gubernatricem actionum, mentem tuam, lædas. Quod si in re unaquaque observabimus, omnia cautius aggrediemur.

ξα'.

## C A P. LXI.

**Μ**έτρον κτήσεως τὸ ἴσῳμα ἐκάστῳ, ὡς ὁ πῶς ὑποδίμασθαι. ἐὰν μὲν

**M**odus pecuniæ corporis est unicuique, ut calcei pes. Si igitur in



μὲν ἔν' ὅπῃ τέτρα σῆς, Φυλάξεις τὸ μέτρον. εἰ ἂν δὲ ὑπερβῆς, ὡς κτ' κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι. κατὰ περὶ καὶ ἐπὶ τῷ ὑποδήματι, εἰ ἂν ὑπὲρ τὴν πόδα ὑπερβῆς, γίνεται κατὰ χρυσὸν ὑπόδημα, εἴτε πορφωρῶν, εἴτε κεντητῶν. τὸ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὄρεται ἕδεις εἶναι.

in eo institeris, modum fervabis: sin praterieris, jam veluti per praeceps te ferri necesse erit. Ut & in calceo: si ultra pedem progressus fueris, fit auratus calceus, deinde purpureus, deinde interpunctus. Ejus enim, quod semel transierit modum, nullus est terminus.

1 Μέτρον κλήσεως.] Wolf. Modus pecuniae. Malim cum Politiano: Modus possessionis. Casaubonus.

2 Κατὰ χρυσὸν ὑπόδημα. εἴτε πορφωρῶν. εἴτε κεντητῶν.] Quaedam ad intelligentiam hujus loci b. m. Pater in tractatu De Calceis: qui pars accuratissimi De re Vestiarum Commentarii: quem jam olim, valde juvenes apud nos extare publice professi sumus. Eum certe viri Doctissimi, qui postea hoc argumentum susceperunt, si vidissent: (cujus conspectum, sed nec usum, ingenue & erudite nemini invidimus:) alibi fortasse industriam suam, quae sane non vulgaris, occupatam maluissent. Sed ad Epictetum: Ita ille obiter de hoc loco, in isto, quem diximus tractatu: Nota illud Epicteti in Enchiridio: ἔγωγε γίνεται κατὰ χρυσὸν ὑπόδ. εἴτε πορφ. δεσ. ut videatur calceus κεντητός, sive punctis distinctus esse pretiosior purpureo: purpureus, aureo. Idem ibid. (ubi de calceis scilicet) sed alio loco: Usus gemmarum multiplicem declarat eximie locus Synesii, p. 11. ἀφ' ἧς περιπέρουροι τε ἔσονται καὶ περίχρυσοι, καὶ λίθους ἔξ' ὀρέων τε καὶ θαλασσίων βαρῶν, τὰς μὲν ἀναδείσσει, τὰς δὲ

ὑποδείσσει (haec sunt quae vocat Epictetus κεντητὰ ὑπόδημα) τὰς δὲ περικείσσει, τὰς δὲ ἐξαρτάσσει, τὰς δὲ περονάσσει, τὰς δὲ ἐπιζάνσει. Haecenus ὁ μακαρίτης: qui tamen plura sparsim, quae hic quoque, si res postulare, referri recte possint. Sed notet Lector in verbis Synesii, tres illas, ut in Epicteto, non eodem quamvis ordine species, περιχρῦσον, περιπορφύρεον & λίθους seu gemmis distinctorum: quae κεντητὰ vocat Epictetus. Sed nec omitendus insignis in eam rem Plinii locus: Quin & pedibus, nec creptiarum tantum obstingillis (Aristoceli, partes calcei sunt, περίσχιμα, κεφαλὴ, χιτῶν.) sed toti solentis adhaerent. Neque enim gestare jam margaritas, nisi calcant, ac per unguones ambulant, satis est. Paraphrases nostrae, si verba singula spectemus, haec Epicteti pessime accepit; qui ortus à κεντητοῖς, inde ad purpureos: postea ad aureos, quasi κεντητοῖς & purpureis pretiosiores, inverso plane ordine, progreditur. Nisi tamen consulto consilio pro more sui saeculi ac loci ita locutus est. Addit enim: λιθουκλήτες: quod quid aliud est, quam κεντητοῖς? nisi quod illud, sequi avo (quan-

(quamquam probum, & jam olim notum:) magis in ea notione vulgatum. Idem.

<sup>3</sup> Κεντητόν. ] Sive artificiose dissectos, five pictos, five gemmis aut imaginibus interpunctos calceos significare videtur. Byzantinis, rubri calcei signum Imperii fuerunt: virides, inigne Cæsarum, quibus

aliquando aurea aquila intertexebatur. Politianus, *Punctabundum* vertit. Vetera lexica vertunt, τὸ κεντητός punctus, punctis distinctus. Hinc ἀκέντητος stimulo seu aculeo non ictus. Pindar. Olym. de equo δὲ μάς ἀκέντητον ἐν δρόμοις παρήχαν, id est, ἀνευ κέντροιο θίαν, ut Homerus loquitur. Wolfius.

## ξβ'.

Αἱ γυναῖκες βίβους ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐπὶ τῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κλέια καλεῖν. Τοιγαρῆν ὀρώσασα, ὅτι ἄλλο μὲν ἕδεν αὐταῖς πρῶσσει, μόνον δὲ συγκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἀρχήναι καλλωπίζεσθαι, καὶ ἐν τῷ τῶν πάσας ἔχειν τοῖς ἐλπίδας. πρῶσσει ἔχειν ἐν ἄξιον, ἵνα αἰσθωνήσῃ, διότι ἐπὶ ἕδειν ἄλλω πιμῶναι, ἢ τῶν κόσμων φαίνεσθαι, καὶ αἰδήμονες, <sup>2</sup> ἐν σωφροσύνη.

[ Αἰσθωνήσῃ. ] Legebat Wolfius ἔσθονται; sed αἰσθονταῖ suæ editioni quoque adscripsit.

## C A P. LXII.

Mulieres statim ab Manno decimoquarto a viris dominæ vocantur. Proinde cum vident, se nihil aliud habere muneris, nisi ut cum viris concumbant: comere se incipiunt, atque in ornatu spem collocant omnem. Quare operæ pretium est, dare operam, ut sentiant, sibi non ob aliud honorem haberi, nisi quod & modestas se præbeant, & verecundas, cum temperantia.

[ 2 Εἰν σωφροσύνη. ] Wolfius contendit debere legi, ἐν σωφροσύνη.

## ξγ'.

Αἰφύιας σημεῖον τὸ ἐνδιατείνειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα. οἷον ἕπι πολὺ γυμνά-

## C A P. LXIII.

Hebetis ingenii signum est, in rebus corporis immorari: velut excr-

γυμνάζεσθαι, ὅτι πολὺ  
 ἐοδῆεν, ὅτι πολὺ πίνειν,  
 ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν, ὁ-  
 χθύνειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν  
 εἰ παρέργω ποιητέον·  
 περὶ δὲ τῶν γνώμων ἢ πα-  
 σα ἔγω ὀπιτροφή.

exerceri diu, edere diu,  
 potare diu, cacare diu,  
 coire diu. Nam hæc qui-  
 dem facienda sunt obi-  
 ter : cura autem omnis  
 ad animum est transfe-  
 renda.

ξδʹ.

**Ο**ταν τις σε κακῶς πι-  
 ποιῇ, ἢ κακῶς σε  
 λέγῃ, μέμησο, ὅτι, ἡ κα-  
 θήκειν αὐτῷ οἰόμενος,  
 ποιεῖ, ἢ λέγῃ. ἔχουσι τε  
 ἐν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ  
 σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ  
 ἑαυτῷ. ὥστε, εἰ κακῶς  
 αὐτῷ φάνεταί, ἐκείνου  
 βλάβηται, ὅς τις καὶ ἐξη-  
 πάτη). καὶ γὰρ τὸ ἀληθές  
 συμπεπλεγμένον, ἂν τις  
 ὑπελάβῃ ψεῦδος, καὶ  
 τὸ συμπεπλεγμένον βέ-  
 βλαπῆται, ἀλλ' ὁ ἐξαπα-  
 τηθεὶς. ἀπὸ τῶν ἐν ὀρ-  
 μώμῳ, πρῶτος ἐξείσ  
 πρὸς τὸ λοιδορεῖται. ὅτι  
 φθέρῃ γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ,  
 ὅτι, ἔδωκεν αὐτῷ.

I Καθῆκειν αὐτῷ οἰόμενος ποιεῖ [sibi fuisse.] Idem & Pletho monet,  
 ἢ λέγῃ. Eum opinatum esse id ex officio & accusandos nos ipsos esse, qui  
 aliud

C A P. LXIV.

**C**um tibi quispiam vel  
 malefecerit, vel ma-  
 ledixerit : memento, eum  
 opinatum esse, id ex offi-  
 cio sibi fuisse faciendum,  
 & dicendum. Neque ve-  
 ro fieri potest, ut id se-  
 quatur ille, quod tibi vi-  
 detur, sed id quod sibi.  
 Quod si male judicat, is  
 damnum facit qui decipi-  
 tur. Nam involutam ve-  
 ritatem si quis menda-  
 cium judicet, non ea  
 involuta læditur, sed il-  
 le qui deceptus fuerit.  
 Sic igitur instructus, a-  
 quo ferēs animo convi-  
 ciatorem : Nam ad sin-  
 gula dices, Ita visum esse  
 illi.

allud persuadere, atque alios in nostram sententiam perducere non possumus. At dices saepe sciunt injuri & maledici homines, improba & se indigna esse qua faciunt. Respondet Epictetus: Tauto igitur pejores & miseriae sunt ipsi: tu vero neque pejor, neque miserior. Imo eorum improbitas mihi fraudi est, quod existimationem meam laedunt, quod fortunas imminuunt, quod corpus vi aut veneficio effligunt, quod obstant commodis? Respondet Epictetus, ista non tua esse, sed aliena, & nihil ad te attingere. Qua de re & supra plura dicta sunt: & è Simplicio, Tomo hujus operis secundo profertur. *Wolfius.*

2 Τὸ ἀληθὲς συμπλεγμένον. *Veritatem complexam, sive involutam, intricatam, perplexam.*] Ut apud Sophoclem in Electra, non ideo mortuus erat Orestes, quod se illius ossa vaseculo inclusa afferre Agistho &

aliis persuaserat. Simplicius aliam affert expositionem, quam suo loco videbimus. Nolumus enim huc omnia congerere. *Idem.*

Καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπλεγμένον. ] Wolf. nam involutam, &c. Aliter Simplicius, & ut ego censeo, probabilius. Cum tamen ejus expositionem alibi expendere se profiteatur Wolfius, suspendo libens assensum, donec illa mihi visa, & expensa; (quod nondum mihi contigit) quae pro sua versione adfert Wolfius. *Casaubonus.*

3 Ἄν τις ὑπολάβῃ ψεύδῃ. ] Præter hanc lectionem Wolfiana habet, ἐὰν ψεύδῃ νομίζῃ τις.

4 Βέβαια πῶς. ] Ita legebat Wolfius, qui βλαπτεται pro varia lectione posuit.

5 Ὅτι, ἰδοὺν αὐτῶ. ] Wolfius absque conjunctione ὅτι, legit, ἰδοὺν αὐτῶ.

ξέ.

C A P. LXV.

Πᾶν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβὰς, τὴν μὲν φορητὴν, τὴν δὲ ἀφορητὴν. ὁ εἶν ἀδελφὸς εἶν ἀδικῆ, εἰ τεύθει τὸ αὐτὸ μὴ λαμβάνῃς ὅτι ἀδικεῖ. αὐτὴ γὰρ λαβὴ ἐστὶν αὐτῶ ἡ φορητή· ἀλλὰ ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφὸς, ὅτι σύντροφο. καὶ λήψῃ αὐτὸν καθ' ὃ φορητὸν ἐστὶν.

1 Ἐν τεύθει αὐτὸ μὴ λαμβάνῃς ὅτι ἀδικεῖ. ] Ita quaedam habent editiones. Wolfius legebat: Ἐν τεύθει αὐτῶ μὴ λαμβάνῃς ὅτι ἀδικεῖ. At αὐτὸ pro varia lectione

Unaquæque res duas habet ansas; unam tolerabilem, alteram intolerabilem. Ergo, si frater injuriam fecerit, non ea apprehende, qua facit injuriam: ea enim ejus ansa non est tolerabilis. Sed illinc potius: esse fratrem, esse una educatum. Sic apprehendes rem qua est tolerabilis.

collocavit, quod vocem πρᾶγμα respicit. Præterea idem habet λαμβάνῃς, ubi in cæteris editionibus legitur λαμβάνῃς. Optime omnium placet Salmaliana lectio, qua se ita habet.

habet. Ἐντεῦθεν αὐτὴν μὴ λαμβάνης ὅτι ἀδικεῖ. Et ita procul omni dubio legendum est, αὐτὴν enim respicit vocem λαβῆ, non vero πρᾶγμα. Præterea proba hæc Iestio etiam bene cum sequentibus congruit; nam mox hæc subiunguntur: αὐτὴ γὰρ λαβὴ ἐστὶν αὐτῆ ἐφορητή. Hæc Salmasius cum articulo legit: αὐτὴ γὰρ ἡ λαβὴ, &c.

non hoc glandes pro frugibus? quid enim sententiz fiet, si illud αὐτὸ in αὐτὴν mutes? sin vero Epistetus, ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λαμβάνης, ut debuit, scripsisse ponatur, plena erit sententia, ἐκείνη τῆ λαβῆ αὐτὸ πρᾶγμα τὸ δύο ἔχον λαβὰς μὴ λαμβάνης. cui apprimè congruit quod mox in fine subiungit, καὶ λήψῃ αὐτὸ, scil. πρᾶγμα. non αὐτὴν.

† Vestram fidem Critici: quid, si

ξς'.

C A P. LXVI.

Ὅσοι οἱ λόγοι ἀσυνακτοί. Ἐγὼ (ε) πλουσιώτερός εἰμι, ἐγὼ (ε) ἄρα κρείσσων. ἐγὼ (ε) λογιώτερος, ἐγὼ (ε) ἄρα κρείσσων. ἐκείνοι δὲ μάλλον συνακτοί. Ἐγὼ (ε) πλουσιώτερός εἰμι, ἢ ἐμὴ ἄρα κλήσις τῆ σῆς κρείσσων. ἐγὼ (ε) λογιώτερος, ἢ ἐμὴ ἄρα λέξις τῆς κρείσσων. 'σὺ δὲ γε ἔτε κλήσις εἶ, ἔτε λέξις.

Orationes hæc non coherærent: Ego sum te locupletior, ergo sum te melior: Ego sum te eloquentior, ergo sum te melior. At illæ magis cohærent: Ego sum te ditior, mea ergo pecunia tuæ præstat: Ego sum te eloquentior, mea ergo dictio tuæ præstat. Tu vero nec pecunia es, nec dictio.

† Σὺ δὲ γε ἔτε κλήσις εἶ, ἔτε λέξις. Tu vero neque pecunia es, neque dictio. ] Dices Ego: sed propter opes, eloquentiam, potentiam, magnificor. Istud ipsum reprehendit Epistetus, qui solam sapientiam & virtutem magnificandam censet. Quis vero, nisi homo pessimus & obiectissimus adulator, magnificet

Neronem Casarem, quamvis præter opes & imperium, disertum, poetam, musicum? Sani hominis animus abhorret ab iis probandis, quorum nota est vel stultitia, vel improbitas: utut propter fortunæ munera & pravam consuetudinem honos iis in ipsam sit habendus ac deterendus. Wolfius.

F

ξς'.

ξξ'.

**Λ**έγεται τις ταχέως ;  
 μὴ εἴπῃς, ὅτι κα-  
 κῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνῃ  
 τις πολὺ οἶνον ; μὴ εἴπῃς  
 ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πο-  
 λυῶ. <sup>2</sup> πρὶν γὰρ διαγνώσθαι  
 τὸ δόγμα, πόθεν οἶδα εἰ  
 κακῶς ; <sup>3</sup> ὅπως ἐν συμ-  
 βήσεται σοι, <sup>4</sup> ἄλλας μὲν  
 φαντασίας καταληπτικὰς  
 καταλαμβάνειν, ἄλλοις  
 δὲ συγκατατίθεσθαι.

**1** Λέγεται τις ταχέως. ] Ad tem-  
 pus diei, refert Simplicius, ut &  
*Paraphr.* & probabilius est anticipa-  
 tam (ante tempus diei) lotionem  
 culpæ obnoxiam fuisse; quam legi-  
 timo tempore festinatam. *Casaub.*

**2** Πρὶν γὰρ διαγνώσθαι τὸ δόγμα. ]  
 Pessimo consilio mutavit hic Poli-  
 tiani, viri doctiss. versionem, doctissi-  
 mus Wolfius, cum ille vertisset:  
*Nisi enim consilium ejus scias; unde scis  
 an male?* pro quo Wolf. *priusquam  
 enim id decretum dijudicaveris, &c.*  
 Atqui nihil certius, quam δόγμα  
 hoc loco, *consilium* sive *propositum*  
 ex opinione manans indicare. Ita  
 enim censent & sciscunt veteres illi  
 sophi, non tam facta cujusque, ut  
 laudi aut vitio tribuamus, spectanda  
 esse: quam *dogmata*; id est, sco-  
 pum & propositum ex dogmatibus  
 aptum; quod si rectum sit, & illa  
 recta, si pravam, pariter & illa  
 judicanda esse: quod & Simplicius  
 hic, & Arrianus lib. 12. c. 8. sed &  
 Antoninus non uno loco latius pro-  
 sequuntur. Eadem & Apostoli  
 doctrina, 1 Cor. 4. v. 5. Ὅς ἐμὴ  
 κριτὴ καὶ τί κρίνετε, ὡς ἐν ἔλθῃ ὁ

**L**avat quispiam cito:  
 me dicas lavisse male;  
 sed cito. Bibit quispiam  
 multum vini: ne dicas  
 bibisse male, sed mul-  
 tum. Priusquam enim  
 id decretum dijudicaris:  
 unde scis an male? Sic  
 usu tibi veniet, ut alia  
 visa certo comprehen-  
 sa habeas, aliis assentia-  
 ris.

κρίσι, ὅς καὶ φάτις τὰ κρυπλὰ τῆ  
 σκότους, καὶ φανερώσῃ τὰς βελὰς  
 τῆ καρδιῶν (id plane dicit & intelli-  
 git, quod Epictetus verbo δόγματα)  
 καὶ τότε ὁ ἔπαινος (id est ἔπαινος  
 ἢ ψόγος, ut alibi docuimus:)  
 γενήσεται ἐκαστῷ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.  
 Recte ad Deum provocat, qui  
 καρδιογνώστης est, ab illis quibus  
 nulla legitima ratione judicium  
 competit: eorum autem (homi-  
 num quoque:) quibus judicandi  
 provincia legitime incumbit, alia  
 ratio est: qui ex factis (& hoc quo-  
 que Christo sanciente;) quia corda  
 scrutari non possunt, sententiam  
 ferre tenentur. *Idem.*

**3** Ὅπως ἐν συμβήσεται σοι ἄλ-  
 λας μὲν φαντ. καταλ. ] Wolf. *sic  
 usu tibi veniet, ut alia visa certo com-  
 prehensa habeas; aliis assentiaris.* At  
 hoc valde absurdum est, (ut recte  
 judicat Simplicius;) ut aliud quis-  
 quam laudet aut vituperet, quam  
 quod perspectum habet. An igitur  
 hoc Epictetus suaserit, aut cuiquam  
 auctor fuerit? Imo (ait Simplicius,  
 sed addubitans) ex ipsa rei conse-  
 quentis absurditate colligendum no-

bis relinquit, neminem vel laudandum esse, vel vituperandum. Aut si hoc quoque nimis absurdum, saltem neminem vituperandum esse. Quo quamvis nihil video, quod probabilius à quovis excogitari poterit, qui depravata hac loci lectione contentus fuerit; si quis tamen proprius intueatur, fatebitur (aut ego fallor) id à mente Epicteti plane alienum esse: cum palam, non simpliciter vetet hic Epictetus quenquam laudari, vel vituperari: sed non nisi perceptis prius cujusque consiliis & dogmatibus. Res ipsa clamat legendum esse, Οὕτως εἰ συμβόσαι σοι non ἔσται ἐν συμβόσαι σοι. Nihil clarius hac sententia: nihil emendatione certius. Sed nec amplissimi *Duvivarii* versio procul hinc abit. Piget alios commemorare. *Idem.*

ξλ.

Μηδαμὲν σαυτὸν εἴποις  
φιλόσοφον, μηδὲ  
λάλη τὸ πολὺ ἐν ιδιώταις  
πρὸς τὰ θεωρημάτων· οἷον  
ἐν συμποσίῳ μὴ λέγε πῶς  
δεῖ εἶδειν. ἀλλὰ εἶδειε ὡς  
δεῖ. μέμνησο γὰρ, ὅτι ἔσται  
ἀφηγήσει πανταρχοῦθεν καὶ  
Σωκράτους τὸ ἐπιδεικτικόν.  
ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν,  
βελόμηροι φιλοσόφοις  
ὑπὸ αὐτῷ συσταθῆναι· καὶ  
κεῖθεν ἀπήγαγεν αὐτούς.  
ἔσται ἡνέχεται παραροῦ-  
μενος.

† Nihil certius mihi hac emendatione Cl. Casauboni; quam Wolfius quoque subodoratus est. Potuit τὸ ἀρνητικὸν εἰ absorberi a τῷ ἐν συλλογιστικῷ, quod præcessit, ut fuerit: ἔσται ἐν εἰ συμβόσαι σοι, sic non usu tibi veniet.

4 Ἄλλας μὲν φαντασίας κατὰ ληπτικὰς καὶ λαμβάνειν. *Alia visus certe comprehensa habeas, aliis assentiaris.* ] Fortasse κατὰ ληπτικῶς: et si Atticissimi species aliqua esse potest. Sed quid illi interest inter κατὰ ληψιν & συγκατάθεσιν: Nec enim assentiendum temere est iis, quæ non certo comprehenderit. Fortassis ergo addenda negatio, εἰ συγκατατίθεσθαι non assentiaris, visis scilicet non certo comprehensis & perceptis. Simplicius & hunc locum aliter interpretatur. *Wolfius.*

## CAP. LXVIII.

Nusquam te philosophum profitearis: nec apud imperitos multum disputes de præceptis: velut in convivio, ne dic, quo pacto sit edendum, sed ede, ut decet: ac memento, etiam Socratem sic undecunque sustulisse ostentationem. Conveniebatur ab illis, qui se ab eo commendari vel lent philosophis: atque ipse abducebat eos. Adeo leniter ferebat neglectum sui.

F 2

ξθ.

Ὄτε καὶν ὡς ἰσχυροῦ  
 μαλὸς πινῶν ἐν ἰδιώ-  
 ταις ἐμπίπῃ λόγῳ, πώ-  
 πα τὸ πολὺ. μέγας γὰρ ὁ  
 κίνδυνος, εὐθὺς ἐξεμέσαι  
 ὁ ὄν ἐπέφασκε. καὶ ὅταν  
 εἴπῃ σοι τις, ὅτι εἰδὲν  
 οἶδα, καὶ σὺ μὴ διχθῆς,  
 τότε ἴσθι, ὅτι ἀρχὴ ἔ-  
 ἔργα. ἐπεὶ καὶ τὰ ὑπερβαλὸν  
 ἔχρον φέροντα τοῖς  
 ποιμέσιν ὀπίδεικνύει πόσον  
 ἔφαγεν. ἀλλὰ πῶ νομίζω  
 ἔσω πέφασκε, ἔειον ἔξω  
 φέρει, καὶ γάλα. καὶ ὅτι  
 ποίνω μὴ τὰ ἰσχυροῦ  
 τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε,  
 ἀλλ' αὐτῶν πεφθέντων,  
 τὰ ἔργα.

Ἔστι ὅτι ἀρχὴ.] Wolfius pro varia  
 lectione suae editioni adscripsit,  
 ὅτι ἡξίς. Plantiniana ad marginem

Itaque si apud imperitos  
 de præcepto aliquo ser-  
 mo incidit: maxima ex  
 parte taceto. Magni enim  
 periculi est, statim evo-  
 mere, quod non concoxe-  
 ris. Quod si quis dixerit,  
 te nihil scire, tuque com-  
 motus non fueris: tum  
 scito, rem esse inchoa-  
 tam. Nam & oves non  
 foenum opilionibus affe-  
 runt, neque demonstrant  
 quantum comederint: sed  
 pastu intra se concocto,  
 extra ferunt lanam & lac.  
 Et tu igitur ne præcepta  
 ostendas imperitis, sed  
 opera, quæ præcepto-  
 rum concoctionem se-  
 quantur.

habet, ἡρχε. Et in Salmasiana le-  
 gitur: ὅτι ἀρχεῖς τὰ ἔργα.

Ὄταν ἐντελῶς ἡσ-  
 μοσμενῶν ἡς καὶ  
 τὸ σῶμα, μὴ καλωπίξῃ  
 ἐπὶ τῷ τῷ. μηδ' ἂν ὕδαρ  
 πίνῃς, ἐκ πάσης ἀφορμῆς,  
 λέγε,

Si corpus frugaliter cu-  
 rare didicisti, ne ob  
 id tibi placeas: nec, si  
 aquam potas, ad quam-  
 vis occasionem te potare  
 aquam dictita. Quod si  
 quan-



λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. καὶ ἂν  
 ἀσκήσῃ ποτε πρὸς πόνον  
 θέλεις, σεαυτῶ, καὶ μὴ τοῖς  
 ἕξω, <sup>2</sup> μὴ τῶς ἀνδριάν-  
 τας φιλάμβανε, ἀλλὰ  
 διψῶν πότε σφοδρῶς,  
 ἐπίπασσῃ ψυχρῶ ὕδα-  
 τῶ, καὶ ἐκπίυσσῃ, καὶ μη-  
 δὲν εἰώης.

1 Ὅταν ἐντελῶς.] Scribe ἐντε-  
 λῶς, ut in editione Salmastii, &  
 Pataphraße. Casaubonus.

2 Μὴ τῶς ἀνδριάντας περιλάμβ. ]  
 Non eos admodum culpaverim, qui  
 nobilissimam in re philosophica du-  
 cem secuti, hic à vero deviarunt;  
 quæ communis omnium quos ego  
 nactus sum interpretum culpa: il-  
 los qui possim à culpa absolvere,  
 qui sui erroris dudum moniti non  
 emendarunt, non video. Quamvis  
 autem sufficere poterant, quæ du-  
 dum scripta nobis in Antoninum,  
 lib. 1. pag. 14. & 15. quo tamen vel  
 maxime refractarii convincantur,  
 rem pluribus hic explicabimus. In-  
 ter alia veteris ἀσκήσεως, (longe  
 enim ante Christianos ascetas, &  
 res, & verbum in usu:) sive exer-  
 citii ad domandum aut durandum  
 corpus excozitati genera; istud  
 etiam quo corpus frigori ferendo  
 assuesceret, satis usitatum, ut vi-  
 gente ac rigente hyeme nudi statuas  
 sive æneas, sive marmoreas me-  
 dias amplecterentur, & ita diu sta-  
 tus esset. Ad hoc spectaculum po-  
 pulus, qui casu transiret, aliique  
 inirantes convolare soliti: & id  
 fortasse magis spectabant isti pseu-  
 doasceta, ut aliis admirationi essent;  
 quam ut corpus injuriis frigoris as-  
 suesacerent. Huic igitur κενόδοξία  
 Epictetus, qui omnia ad conscien-  
 tiam, nihil ad famam & vulgi opi-  
 nionem referret, ut iret obviam;

quando ad laborem te vis  
 exercere, in tuum, non  
 in exterorum usum, ne  
 statuas amplectere: sed  
 si quando vehementer si-  
 tieris, frigidam haus tam  
 expuito, ac nemini di-  
 cito.

suadet hic ut si quis exercendæ tole-  
 rantia (id enim vult hic πίνω, non  
 quod interpretes, labor:) cupidita-  
 te teneatur, non statuas (ad specta-  
 culum:) amplectatur; sed post diu-  
 turnam à potu abstinentiam, cum  
 jam vehementer sitis aridas infe-  
 stat fauces; aquam frigidam diutius  
 in ore contineat, & eandem postea,  
 nemine præfente ac conscio, ex ore  
 expuat: quod sane magnum tole-  
 rantia ac temperantia documentum.  
 Hæc ex Diog Laërtio, in vita  
 Drogenis: ex Plutar. in Apophthegma-  
 tibus; ex alio non uno vetere scii-  
 ptore discimus. Consulendus παρὰ  
 ἀσκήσεως in genere Arrianus lib. 3.  
 cap. 12. ubi etiam idem quod hic  
 exemplum; sed & lib. 4. cap. 5. ubi  
 istum amplectendaurum statuarum mo-  
 rem ut inhumanum, & feritatis po-  
 tius, quam tolerantia quæ homi-  
 nem philosophum deceat, argu-  
 mentum suggillat. Caterum, quod  
 Epicteto hic tribuitur; (continen-  
 tia scil. in ore aquæ consilium:)  
 ab Atriano, Apollonio adscribitur.  
 Idem.

Μὴ τῶς ἀνδριάντας περιλάμβανε.  
 Ne statuas amplectere.] Hoc est, ne  
 spectari velis ab aliis, aut conspici  
 à multis; ut ii quibus multi poten-  
 tiores vim faciunt; qui & opem  
 populi implorant, statuas conscensis  
 quiritantur, & multitudinem circa  
 se congregant. Suetonius.

Procul omni dubio Epictetus Dio-

genem vel aliquem Cynicæ Sectæ philosophum respicit, qui media hyemine nudi statuas marmoreas, nive perfusas, & aneas amplectebantur.

In quo exultantem Diogenem interrogavit Lacon, algeret? Negante illo, quid igitur (inquit) magnum præstas?

οά.

Ἰδιώτε γάσις καὶ χαρακτηριστής· ἐδέποτε ἐξ ἑαυτῆ προσδοκᾷ ὠφέλειαν ἢ βλάβην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἕξω. Φιλοσόφος γάσις καὶ χαρακτηριστής· πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτῆ προσδοκᾷ.

Ἰ Πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτῆ προσδοκᾷ. Omnem utilitatem & damnum à seipso expectate.] Utilitatem, si recte sentiat, & nature congruenter vivat: damnum, si contra.

C A P. LXXI.

Plebeji status & nota est, nunquam à se ipso vel damnum expectare, vel utilitatem: sed à rebus externis. Philosophi status & expressa imago est, omnem utilitatem & damnum à semet ipso expectare.

Nos vero & ponimus & sumimus secures.

Arbitrio popularis aura:

Ut canit Horatius, Poëta inter Lyricos optimus. Wolfius.

οβ'.

Σημεῖα προσκόπιοντος. Ἐδένα ψέγη, Ἐδένα ἐπαινῆ, Ἐδένα μέμφειν, Ἐδένα ἐγκαλεῖ· Ἐδὲν αὖ ἐαυτῆ λέγη, ὡς ὄντι πινός, ἢ εἰδότη π. ὅταν ἐμποδιῶ π, ἢ κωλυθῆ, ἑαυτῶ ἐγκαλεῖ· καὶ πὶς αὐτὸν ἐπαινῆ, καταγελαῖ ἢ ἐπαινεῖ αὐτὸς παρ' ἑαυ-

C A P. LXXII.

Signa proficientis sunt, S neminem reprehendere, neminem laudare, neminem culpāre, neminem accusare: nihil de se ipso prædicare, quasi aliquis sit, aut aliquid sciat. Cum in aliqua re impeditus fuerit, aut prohibitus; se ipsum accusat. Si ab aliquo laudatur; secum ipse

ἑαυτῶ· καὶν ψέγη, ὅσα  
 ἀπολογεῖ). ὡς εἰσι δέ,  
 καθάπερ οἱ ἄρρωστοί, ὀ-  
 λαβέμενός τι κινήσῃ· τῷ  
 καθισταμένου πρὸς πῆξιν  
 λαβεῖν. ὅρεξιν ἅπασαν  
 ἤρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ· τίω  
 δ' ἐκκλισιν εἰς μόνον τὰ  
 ὡς φῶς φύσιν τῷ ἐφ' ἡμῶν  
 μετατέθεικεν. ὅρεξιν πρὸς  
 ἅπαντα ἀνεμδίη χρῆσι-  
 μὴν ἡλίθεον ἢ ἀμαθῆς  
 δοκῆ, ὅ πεφροντικῶν ἐνί-  
 τε λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν  
 ἑαυτὸν ὡς φυλάσσει, καὶ  
 ἐπιβελον.

1 Οὐδένα ψέγη. Neminem vituperat.] Scilicet curiositate aliqua rerum alienarum, aut cæco sui amore impulsus. Agrippinum laudat ipse Epictetus: sed cur? ut ejus exemplum alii imitentur. Alios reprehendit: quamobrem? ut emendentur. Videtur igitur hæc sententia μετὰ προσδιορισμῶν τινῶν intelligenda. Wolfius.

2 Τῶν καθισταμένων.] Alii codices habent, τῶν καθιστώτων. Sed optime τῶν καθισταμένων, pro ἀποκαθισταμένων, eorum quæ incipiunt restitui in integrum: ut significetur iniriium, καὶ τὰ πρῶτα recuperanda valetudinis.

3 Ὅρεξιν ἅπασαν ἤρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ.] Alii ἤρκε, vel εἰρκεν, utique perpetam. Sed quia sequitur, Appetitione remissa utitur: pro εἰρκεν legendum videtur ἤρκεν, ab ἀρ-τάω. Omne desiderium ex sese aptum habet, ut apud Platonem in Epitaphio, ἴτω ἀνδρὶ ἐξ ἑαυτοῦ πάλιν ἤρκεται. Cic. in Paradoxis:

ipse deridet laudatorem: si reprehenditur, non defendit se: sed ritu infirmorum circuit, metuens ne statum illum convellat, priusquam is confirmetur. Omne desiderium à se dependens habet: aversionem ad ea sola, quæ naturæ eorum repugnant quæ nobis parent, transfudit. Appetitione ad omnia remissa utitur. Sive stolidus sive indoctus habeatur, non curat. Denique, ut inimicum & infidiatorem, se ipsum observat.

Nemo non beatissimus esse potest, qui est totus apud se, qui que in se uno ponit omnia. In Catone interpretatur, bona omnia à se ipso petere. Sententia Epicteti esse videtur: Eum qui proficiat, nihil desiderare, quo frustrari possit. Sed si quis Simplicianam ὁρεξέως & ὁρεμῆς distinctionem hic sequi mavult, non impedio. Wolfius.

Non tanti fuerit variantes omnes hujus loci lectiones (ἤρκεν: ἤρκεν: ἤρκεν: εἰρκεν: ἤρκεν, &c.) colligere: cum certum cuivis esse queat, ad cap. 7. oculos reflectenti (τὴν ὁρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τῷ παρόντι ἀνελε· quo & illa pertinent cap. 4. τὰ μὲν ἀρίστα παρὸντος· τὰ δὲ ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν) ἤρκεν, ut in Paraphrasi: vel ἤρκεν, si quis ita malit, aut ἤρκεν (eodem enim redeunt:) rectum esse. Quare autem & quatenus τὴν ὁρεξιν excludendam sanxerit Epictetus, multis disputat Simplicius in caput Epicteti 7. quæ ibi

(si cui animus est) legantur. Plures enim causas sive interpretationes comminiscitur. Negari tamen (præter ea quæ objicit Simplicius) haud potest, Epictetum in speciem sibi contradicere: cum hic etiam, (cap. 19. *ἀν καὶ θέλεισ ὀρεγόμενος* μὴ ἀποτυγχάνειν, τούτο δύναται· τούτο οὖν ἀσκήσ ὁ δύναται.) apud Arrianum autem sapissime, τὴν ἔρεξιν legitimo usu circumscriptam, admittat. Respondeat aliquis fortasse, non eosdem eum semper alloqui: alia, ad *idiotas*: alia, ad *philosophos*: alia denique ad *proficientes* pertinere: ut hic Simplicius. Sed

vetior (ut opinor) responsio, duplicem illum constituere τὴν ἔρεξιν: aliam, quæ ad ea quæ sunt in nostra potestate, restringitur: aliam, quæ ad res etiam externas, quæ *concupiscentia* quoque non male dicatur, extenditur. Priorem illam limitibus istis conclusam, nomine tenus & *καλαχρησιμῶς* ita vocari: hanc autem quamvis non omnino, si temperetur, illicitam, rem tamen esse periculosam & quam facilius sit omnino non admittere, quam admissam cum ratione temperare, *Cassaubonus*.

ογ'.

## C A P. LXXIII.

Ὅταν τις ὅπι τῶ νοεῖν  
 καὶ ἐξηγεῖσ δύνασ  
 τὰ Χρυσίππου βιβλία  
 σεμνύνῃ, λέγει αὐτὸς πρὸς  
 σαυτὸν, ὅτι εἰ μὴ Χρυσί-  
 ππου ἀσαφῶς ἐγγρά-  
 φῃ, εἰδὲν ἂν εἶχεν εἶπε, εἶ-  
 ποῦ ᾧ σεμνύνῃ. ἐγὼ δὲ τί  
 βέλομαι; καταμαθεῖν τὴν  
 φύσιν, καὶ ταύτη ἔπεισται.  
 ζητῶ εἶν, τίς ἐστὶν ὁ ἐξη-  
 γέμενος· καὶ ἀκρίτως ὅτι  
 Χρυσίππου, ἔρχομαι  
 πρὸς αὐτὸν. ἀλλ' εἰ νοῶ τὰ  
 γεγραμμένα. ζητῶ εἶν τὸ  
 ἐξηγέμενον καὶ μέλει τῶ-  
 των εἶπε σεμνόν εἰδὲν.  
 ὅταν δὲ εὐρω τὸ ἐξηγέμε-  
 ρον, ἀπολείπε) χρῆσθαι  
 τοῖς

Si quis intelligentia &  
 Sexplicandi facultate li-  
 brorum Chryssippi gloria-  
 tur, ipse tibi dic: Nisi  
 obscure scripsisset Chry-  
 sippus, nihil haberet ille  
 quo gloriaretur. Ego ve-  
 ro quid cognoscere stu-  
 deo? Naturam; & hanc  
 sequi. Quæro igitur,  
 quis sit ejus interpres.  
 Cum audiero, Chryssi-  
 pum esse: cum conven-  
 io. At scripta non in-  
 telligo. Quæro igitur  
 enarratorem. Ac hacten-  
 us quidem nihil præclari.  
 Cum autem enarra-  
 torem invenero, reliquum  
 est, uti præceptis; id  
 quod solum præclarum  
 est.

τοῖς παρηγγελμένοις τῶ-  
 το αὐτὸ μόνον σεμνόν ἐστιν.  
 ἀν δὲ αὐτὸ τῶτο τὸ ἐξηγεῖ-  
 σθαι θαυμάσω, πῶ ἄλλο ἢ  
 γραμματικὸς ἀπετελέ-  
 σθαι ἀντὶ φιλοσόφου ;  
 πλὴν γε δὴ, ὅτι ἀντὶ Ὀ-  
 μήρου, Χρύσιππον ἐξηγέ-  
 σθαι μᾶλλον ἔβουλο, ὅταν  
 τις εἴπῃ μοι, ἐπανάγνωθί  
 μοι Χρύσιππον, ἐρυθειῶ,  
 ὅταν μὴ δύνωμαι ὁμοί-  
 α τὰ ἔργα καὶ σύμφωνα ὅπι-  
 δεικνύειν τοῖς λόγοις.

est. Sin ipsam enarra-  
 tionem admiratus fuero,  
 quid aliud nisi Gramma-  
 ticus philosophi loco eva-  
 si? eo duntaxat excepto,  
 quod pro Homero Chry-  
 sippum enarro. Magis igi-  
 tur, cum quis à me pe-  
 tierit, prælegi sibi Chry-  
 sippum, erubesco: cum  
 facta nequeo similia ver-  
 bis & consentanea præ-  
 stare.

I Καταμαθεῖν τὴν φύσιν. Na-  
 turam cognoscere.] Eam scilicet, quæ  
 homini divinitus tributa est: hoc  
 est, studeo cognoscere, qua condi-  
 tione me Deus in terris esse ac vi-

vere velit. qua de re vide sis Persium  
 Sat. III. Wolfius.

2 Ἐρχομαι πρὸς αὐτόν.] Ex alio  
 codice Wolfius legebat: ἔρχη ἐπὶ  
 αὐτόν.

οδ'.

C A P. LXXIV.

Ὅσα περὶ θεῶν, τὰ τοῖς  
 ὡς νόμοις, καὶ ὡς  
 ἀσεβήσων ἀνὸς θεῶν καὶ  
 τῶτων, ἐμμενε. ὅ, τι δ'  
 ἀνὸς ἐρῆ καὶ αἰεὶ (καὶ, μὴ  
 ὅπιτρέφε; τῶτο γὰρ ὅτι  
 ἐτ' ἐπὶ σόν.

Proposita hæc observa-  
 tanquam leges, iisque  
 citra piaculum non violan-  
 dis immorare. Quicquid  
 autem de te dictum fue-  
 rit, id ne curato. Id  
 enim non jam tui est ar-  
 bitrii.

I Καὶ ὡς ἀσεβήσων ἀνὸς παραβῆς  
 τι τῶτων.] Ista Salmasianæ quoque  
 est editionis lectio: ex ingenio ita  
 concinnata; an in veteribus libris  
 inventa, nescio. Aliter certe quas  
 vidi editiones. Wolfiana, anni par-  
 tis Sal. 1596. καὶ ὡς ἀσεβήσων πα-

ραβησόμενον, ἐμμ. quæ ut ad vul-  
 gatam propius accedit, ita mihi  
 maxime probatur. Eadem tamen  
 utriusque lectionis sententia, ut mi-  
 nus necessaria sit de verbis conten-  
 tio. Casaubonus.

2 Ὅτι δ' ἂν ἐρῇ τις περὶ Cκ, μὴ ἐπιστρέφῃ. τὸτο γὰρ ἔκ' ἐστ' ἐστὶ σόν. *Quicquid autem de te dictum fuerit, id ne curato. Id enim non jam tui est arbitrii.* Respicitur hic ad caput xxix. Ac si dicat: quid alii de te loquantur, curare noli. Innuvit enim, fore

multos, qui dicant, subito te sapientem rediisse: quique rogent, unde istud supercilium? & id genus alia. Non enim, quid illi dicant, quid non dicant, nostri est arbitrii. *Snecanus.*

οέ.

**Ε**ἰς ποῖον ἔτι χροῖον ἀναβάλλῃ, τὸ τ' βελτίων ἀξιῶν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ καθυβιάσῃν τ' ἀφαιρῶντα λόγον; παρβέληφας τὰ θεωρήματα, οἷς ἔδδ' σε συμβάλλειν, καὶ συμβέβληκας. ποῖον ἔτι διδάσκαλον προσωδοκᾶς, ἵνα εἰς ἐκείνον ὑποφθῆς τι καὶ ἐπανόρθωσιν ποιήσῃς τι καὶ σεαυτῷ; ὅδ' ἐπ' εἰ μισθᾶκιον, ἀλλὰ ἀνήρ ἦδη τέλει. ἂν ποῖνυ ἀμελήσης, καὶ ῥαθυμῆσης, καὶ αἰὲν ὑπερθέσης ἐξ ὑποθέσεων ποιῆς; ὑποθέσεις ἐκ ὑποθέσεων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὀρίξῃς, μεθ' ἃς προσωθέξῃς σεαυτῷ, λήσεις σεαυτὸν ἐπ' ὑποκόψας, ἀλλ' ἰδιώτης ἀφαιτελέσης καὶ ζῶν καὶ ἀπιδνήσκων. ἦδη ἐν ἀξίωσον

σεαυ-

C A P. LXXV.

**Q**uouſque tandem differes præſtantiffima quæque tibi vindicare, & nullatenus diſtinctionem rationis violare? Accepiſti præcepta, quæ amplectenda tibi fuerunt, ea que amplexus es. Qualem igitur adhuc doctorem exſpectas, cujus in adventum, tui correctionem differas? Non jam adoleſcens es, ſed matura ætate vir. Itaque ſi neglexeris & ceſſaris, ac ſubinde moræ moram, propoſito propoſitum adjunkeris: & dies alios poſt alios conſtitueris; non animadvertes, nihil te profeciſſe, ſed hominem plebejum fore tam viventem quam morientem. Nunc igitur viri perfecti & proficientis vitam tibi ſume: ac quicquid tibi viſum fuerit optimum,

ca

σεαυτὸν βίβην ὡς τέλειον, καὶ ὑπερόπλοντα, καὶ πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον, ἔγω σοι νόμῳ ἁπαράβα- τῶ· καὶ ἐπίπνονόντι, ἢ ἡδῦ, ἢ ἔνδοξον, ἢ ἄδοξον ὑπεράγει, μέμησο, ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, καὶ ἡδὴ πα- ρεσι τὰ οὐλύμπα, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναβάλλεσθαι, καὶ ἐν ὑπὲρ μίαν ἤτιαν καὶ ἔνδο- σιν ἢ ἀπὸλλυῖ ὑπεροπῆ, ἢ σώζει. Σωκράτης ἔπος ἀπετελέσθη, ἐπὶ πάντων ὑπεράγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλω ὑπερέχων ἢ τῷ λό- γῳ. σὺ δὲ, εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης, ὡς Σωκράτης γε, εἶναι βελόμενός, ὠφείλεις βίβην.

1 Τὸν διαρῶντα λόγον. *Ratio- nem dividentem*: seu, *distinctionem rationis*: aut, si magis placet, *orationem distributivam*.] Eam partitionis rationem intelligo, qua initio dixit, quædam in potestate nostra esse, quædam non esse Quid vero si πὸν δὴ αἰρῶντα λόγον legas? Frequens Stoicis formula, ὅσα ἂν ὁ λόγος αἰρῆ. Wolfius.

Τὸν διαρῶντα λόγον.] Obscure nimis doctiss. Wolfius, (Politianum secutus) *distinctionem rationis*: qui tamen in noris recte exponit. Est autem ὁ διαρῶν λόγος non aliud hic, quam *διαίρεσις*, sive *distinctio*: celebris illa nimirum primis capitibus posita *distinctio*, ut præcipuum

ea lex sit inviolabilis. Ac si quid laboriosum, aut suave, aut gloriosum, aut ignominiosum ingruerit; memento, tum adesse discrimen, tum instare Olympia, nec licere differre: ac profectum una clade ac remissione vel perire, vel retineri. Itaque Socrates in eum evasit quifuit; cum in omnibus se ipse promoveret, cum nemini auscultaret nisi Rationi. Tu vero etsi nondum es Socrates, sic tamen, ut qui Socrates esse velis, debes vivere.

philosophiæ Stoicæ fundamentum; quam etiam in istius sectæ philosophorum scriptis toties inculcatam reperimus. Epictetus hic cap. 24. εὐδὲς διαίρεσις παρὰ σεαυτῶ. apud Gellium, (lib. 1, cap. 2.) μέμησο ταύτης τῆς διαίρεσεως: in paucis bis lineis. Erant t. & alix διαίρεσις magni in hac philosophia usus, quas Antoninus imperator sæpius commemorat. Apud Senecam (De Benef. 7. 2.) & sine mora ulla veniat illa turpis honestique distinctio, Idem Epist. 71. Socrates hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaque distinguere. Sed t. non est contemnenda Wolfii, quæ mihi quoque dudum venerat in mentem, conjectura, scilicet

scriptum forte fuisse, τὸν δὲ αἰρού-  
 τα λόγον. Est autem (ut omnes no-  
 runt, qui Philosophos vel à limine:)  
 ὁ αἰρῶν λόγος usitatissima Philo-  
 sophis, (sed & aliis, ut Herodoto:)  
 formula, pro λόγος ὁρθός, seu  
 recta ratio. Mihi hujus conjecturæ,  
 sive lectionis præcipuum funda-  
 mentum in istis Simplicii, hæc  
 enarrantis Epicteti, verbis: καὶ τὸ  
 ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸ ὁρθὸν λό-  
 γον. quod & infra verbis inignibus  
 repetere videtur; πᾶν τὸ βίητις ἐν  
 φαινόμενον, ἔστι τοῦ νόμου ἀπα-  
 ράξις. Sed tamen particula δὲ  
 nihil hic opus: imo orationi obstat;  
 nisi (quod minus probo,) mutetur  
 interpunctio. Sed nec illud mirum,  
 qui τὸν αἰρούτα λόγον non intelli-  
 gerent, maluisse, arque ita (quia  
 jam in superioribus ita observant,  
 ut ostendimus:) scripsisse, τὸ δια-  
 ροῦτα. Sed utcumque legas, τὸ αἰ-  
 ροῦτα vel τὸ διαρροῦτα, manifesta  
 est utriusque locutionis ratio, nec  
 hic incommoda. *Casaubonus.*

2 Οἷς ἐδὲ τοῖς Συμβάλλειν. ]  
 Omnes quas vidi editiones ita le-  
 gunt Salmasiana excerpta, quæ ha-  
 bet: οἷς ἐδὲ τοῖς συμβαλεῖν.

3 Καὶ συμβέβηκας. ] Wolfius in  
 quod. cod. invenit: καὶ συμβέβηκας.

4 Καὶ αἰὲν ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερ-  
 θέσεων ποιῆς. ] Ex codice quodam  
 Wolfius suæ editioni hanc variam  
 lectionem adscripsit; καὶ μεθ' ὑπερ-  
 θέσεως ποιῆς.

5 Προθέσεις ἐκ προθέσεων. ] Sim-  
 plicius, & *Paraphr.* (omissis istis,  
 ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων: quæ  
 etiam absunt à Salmasiana edition.)  
 προθεσμίας ἐκ προθεσμιῶν: quod  
 fortasse verius. *Casaubonus.*

† μεθ' αἰς προσέξεις σεαυτῶ. ] Ab-  
 sunt hæc a versione, quæ reddas:  
 postquam tibi ipse attenderis; seu, in  
 te descenderis.

7 Ἡ ἀδοξον προσάγει. ] Hæc  
 verba neque in Salmasiana, neque in  
 editione Casauboniana conspiciun-  
 tur. Nos sequentes alias, ea maxime  
 necessaria existimamus.

8 Καὶ ἦδη πάρεσι τὰ Οὐλύμπια.  
 Tum instare Olympia ] Significas, in  
 propinquo esse tempus, quo aut  
 vincendum aut succumbendum,  
 prout in Olympico certamine fie-  
 bat. Egrege Persius perstringit fo-  
 cordiam eorum, qui vitæ emenda-  
 tionem dietim profetebant. Quem  
 vide sis Satyra v. *Snecanus.*

9 Καὶ ἐτι παρὰ μίαν ἦταν καὶ  
 ἐνδοτιν. ] Cum hac editione nostra  
 quoque Salmasiana convenit: Sed  
 Casauboniana habet: καὶ ὅτι παρὰ  
 μίαν, &c. Similique modo Wol-  
 fiana, quæ insuper pro varia lectio-  
 ne textui adposuit: ἐκείνη καὶ ὅτι πα-  
 ρὰ μίαν, &c.

De his verbis operæ pretium, quæ  
 scribit b. m. Parens in *Perf. Sar. 5.*  
 nisi qui valde festinat, admissæ. *Casaubonus.*

οτ'.

C A P. LXXVI.

Πρῶτος ἡ ἀναγκαῖο-  
 τατος τόπος ἐν Φι-  
 λλοσοφίᾳ, ὁ τὸ χεῖρως  
 τὸ θεωρημάτων οἶον, ὁ  
 τὸ μὴ ψεύδεσθαι. δεύτερος,  
 ὁ τὸ ἀποδείξεων οἶον, πόθεν  
 εἰ δεῖ ψεύδεσθαι. τρίτος, ὁ  
 αὐτῶν

Primus & maxime ne-  
 cessarius in philoso-  
 phia locus est is, qui agit  
 de usu decretorum, veluti,  
 de non mentiendo. Al-  
 ter, qui demonstrationes  
 tractat; veluti, cur non  
 sit mentendum. Tertius,  
 qui



αὐτῶν τῶν βεβαιωπι-  
κός, <sup>3</sup> καὶ ἀμετρετικός.  
οἶον, πόθεν οὐ τῆτο ἀπό-  
δείξις; τί γὰρ ἐστὶν ἀπό-  
δείξις; τί ἀκολοθία; τί  
μάχη; τί ἀληθές; τί ψεύ-  
δος; οὐκ ἔν ὁ μὲν τρίτος  
τόσῳ ἀναγκάσιος ἀφ' ἧ  
δύτερον, ὁ δὲ δεύτερος  
ἀφ' ἧ ἑρῶτον. ὁ δὲ ἀναγ-  
κασιότατος, καὶ ὅπως ἀνα-  
παύεσθαι δεῖ, ὁ ἑρῶτος.  
ἡμεῖς δὲ ἐμπαλιν περὶ μὲν.  
ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόσῳ  
ἀφαιρέσει μὲν, <sup>4</sup> καὶ πάλιν  
ἐκείνόν ἐστιν ἡμῖν ἡ πᾶσα  
σπασθή. ἔξ δὲ ἑρῶτε παν-  
τελῶς ἀμελεῖ μὲν. Τοιγαρ-  
θὲν ψευδομεθα μὲν, <sup>5</sup> πᾶς  
δὲ ἀποδείκνυσι, ὅτι ἔ-  
δει ψεύδεσθαι, ὡς χει-  
ρον ἔχου μὲν.

qui has ipsas confirmat & distinguunt; veluti, quæ fiat ut ista sit demonstratio? quid enim sit demonstratio? quid sit consequentia? quid pugna? quid verum? quid falsum? Quare tertius locus necessarius est propter secundum, secundus propter primum. Maxime autem necessarius est, & in quo conquiescendum sit, primus. Nos vero diversum facimus. Nam in tertio loco immoramur, in eoque omne studium nostrum consumimus: primum autem prorsus negligimus. Proinde mentimur quidem, & quomodo tamen demonstratur non esse mentiendum, in promptu habemus.

1 Τῶν θεωρημάτων ] Wolfphius & Plantiniana, τὰ δογματῶν. Multis tamen in locis τὰ θεωρημάτων utrum commendat. Capite præcedenti, Περιλήψεις τὰ θεωρήματα. Et cap. LXIX. Καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε. Et ita quoque aliis in locis.

2 Ὁ τοῦ μὴ ψεύδεσθαι. ] Id est, non decipi: quod aliis verbis, ἀπίστων εἶναι ἐν τῷ λόγῳ: apud Diog. Laërtium, in Zenone. Non enim de non mentiendo (ut hic interpretes, perperam:) vel, ne quis

mentiretur præcepta continebant ista Stoicorum dogmata; sed ne quis falleretur; puta, bona pro malis; mala pro bonis amplectens; in quo falsicis aut infallicis vita cardo præcipue vertitur. Alio sensu, fateor, apud Stobæum, μὴ ψεύδεσθαι τὸ σοφόν, ἀλλ' ἐν πᾶσι ἀληθεύειν. & quæ ibi sequuntur: quod non mirum, cum eadem vox ψεύδεσθαι & falli, & mentiri vulgo significet. Et sane si quis ista subtilius rimetur, dicat fortasse non falli, & non mentiri, eodem recidere; quia si quis bona

boni & mali naturam probe perceptam habet, nullis ille minis, nullis illecebris à vero tum in verbis tum in factis (πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεύδεται à cœlesti hereditate, Apocal. 22. 25. exclusus) abducetur. Sed hæc subtiliora, an sublimiora? quæ pauci intelligunt; pauciores, etiam qui se veritatis præcones, & duces aliis venditant, observant. Casaubonus.

3 Καὶ διαρθρωτικός. ] Ita Salmasiana, & aliæ quædam editiones.

οἷ.

**Ε**πὶ πάντος προχίρως  
βλυτέον ταῦτα.

<sup>2</sup> Ἄγε δὴ με, ὦ Ζεῦ, καὶ

ὣ ἢ πεπωρωμένη,

Ὅποι ποῦ ὑμῖν εἰμι

ἀνατεταγμένον,

Ὡς ἐφομασποδῶν

ἢ δὲ ἄσικνος.

Ἐὰν δὲ μὴ ἐθέλω, ἔχ

ἦτον ἐφομα.

<sup>1</sup> Ἐπὶ παντός προχίρως. ] Ex Simplicio vera lectio fuerit, ἐπὶ π. ἐκ προχίρως. Sed potest ferri, quod hic ista παντός προχίρως (quamvis τὸ πρόχειρον eo sensu non obvium:) copulenter; cum alioquin ἔργα aut tale quod τῷ παντός respondeat, subintelligendum sit. Casaubonus.

οἷ.

**Ο**τις δ' ἀνάγκη συγ-

κεχώρηκε καλῶς,

σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ

τὰ θεῖα ὀπίσται.]

<sup>1</sup> Ὅστις δ' ἀνάγκη. ] Totum caput hoc nihil continet nisi duos

In quibusdam legi καὶ διαρθρωτικός, aut vocis significatio me latet; quia Græcum non est. Wolfius præter hanc lectionem suæ editioni pro varia lectione, adscripsit vocem, διαρθρωτικός.

4 Καὶ περὶ ἐκείνων. ] Præter hanc lectionem Wolfius habet, καὶ περὶ ἐκείνων.

5 Πᾶς δὲ ἀποδείκνυται ὅτι ἐστὶ ψεύδεται. ] Aliam lectionem Wolfius huic adjecit, nempe: πᾶς δὲ ἐστὶ ἀποδεικνύται ὅτι ἐστὶ ψεύδεται.

C A P. LXXVII.

**I**n quovis incepto hæc Ioptanda sunt.

Me, Jupiter, duc, fortis & Necessitas,

Quocumque vestro destinatus numine

Sum: nam volens sequar. Minus quod si velim,

Sequar coactus, improbusque & impius.

<sup>2</sup> Ἄγε δὴ με. ] Primum hoc totum, teste Simplicio, Cleanthis est, Stoici philosophi, Assio nati, qui fuit Zenonis discipulus, Chryssippi magister. Cujus statuam in Assio magnificentiæ Romanæ specimen sibi visam testatur Simplicius ad hunc locum. Seneanus.

C A P. LXXVIII.

**N**ecessitati qui probe se accommodat,

Sapit: estque rerum divinarum conscius.

jambos Euripidis Tragici. Seneanus.

οἷ. Ἄλ-

οθ'.

Ἄλλὰ καὶ τὸ τρίτον·  
Ὡς κείπων, εἰ ταύ-  
τη τοῖς θεοῖς φίλον, ταύ-  
τη γινέσθω. ἐμὲ δὲ Ἄνυτος  
καὶ Μέλιτος ὄπκα τείνει μὴ  
δύναν), βλάψαι δ' ἔσ'.

1 Duo dicta hoc continentur.  
Prius Socratis est, à Critone Plato-  
nis desumptum. Alterum sumptrum  
est ex Socratis Apologia Platonica;  
ubi de Socratis accusatoribus Any-  
to & Melito illud dicitur. *Simpli-  
cius.*

Mirum est, symbolum Epicteti  
*ἀνέχε καὶ ἀπέχε.* Sustine & absti-  
ne, esse pratermissum. Et Euripi-  
deum illud, οἰσέον καὶ ἐλπιδέον. To-  
lerandum & sperandum. Mihi vero  
precatio illa Euripidea valde proba-  
tur:

Ὡς ζεῦ πατήρ τι καὶ σοφὸς κλήζει  
θεός

βλέπον πρὸς ἡμᾶς, καὶ μετέστη-  
σον κακῶν.

Sed & tertium illud: O  
Crito, si Diis ita visum  
fuerit, ita fiat. Me autem  
Anytus & Melitus occidere  
sane possunt, laedere vero non  
possunt.

Quam eleganter convertit vir do-  
ctissimus Vincentius Obsopæus:

*Jupiter alme parens, sapiens, ju-  
stissimus idem.*

*Respice nos miseros, atque medere  
malis. Wolfius.*

Non omnes Epicteti sententias  
hoc Enchiridio contineri, illis con-  
stat, qui dissertationes Arriani de  
Epicteti disputationibus legerunt.  
Ac proinde nemo quoque mirabi-  
tur, hic non reperiri illud decanta-  
tum Epicteti dictum, Ἀνέχε, καὶ  
ἀπέχε. Sustine, & abstine. Quin-  
imo comparent in Agellio & Sto-  
bæo nonnulla Epictetero attributa,  
quæ ne quidem apud Arrianum re-  
perias. *Snecanus.*

*Epicteti Enchiridii finis.*



... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...

... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...

... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...

... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...  
 ... of the ...  
tant ἐπὶ δὲ, &c. falli eos puto. Quamvis enim humanæ vitæ piscu: ta proponitur, non tamen ut res gesta narratur; sed eorum quæ vulgo fiunt & accidunt, ortus & principia, ex arcanis originibus quibus *Lex Mundi* continetur, repetuntur: quæ non male: τὰ ἐν ἀδᾷ nuncupentur: non minus quam quæ apud Platonem, in *Enarratione*, *De Animarum sortitione*. Cæte & ibi τὰ τῶν βίων παραδείγματα, (*τυραννίδες*, &c.) satis evidenter ob oculos posita. Si quid mutandum, præferendum putarem: τῶν ἐν ἀδᾷ (id est, ἐν τῷ βίῳ) pro τὸ ἐν ἀδᾷ. Ita enim non raro loquuntur Græci, tam Christiani, quam alii: ut per, τὰ ἐκεῖ, quæ ad alteram vitam pertinent, pari elegantia innuunt. Sed nihil mutuo. Ad Platonici vero nominis & alia quæ habet Wolfius objectionem non improbabiler & istud responderi possit, à posterioribus fortasse aliqua, temporibus quibus ipsi vivebant, accommoda, addita esse: quod in plurimis antiquorum scriptis, in propriis præsertim tum hominum, tum locorum nominibus esse factum, certissimum est. *Casaubonus*.

In dialogo Platonis, qui Phædo sive de immortalitate animæ inscribitur, mentio fit inter reliquas personarum, quæ ibi introducuntur, etiam Cebetis. Eum autorem esse hujus libelli, credit Caselius; cujus existant in hanc tabulam notæ. Id vero an ita sese habeat, dubium est Wolfio; qui ante Caselium notatiunculas quoque in eam edidit. Nec præter rationem de eo videtur ambigi, cum in hac ipsa tabula Plato allegatur. Cæterum, ne id quidem satis valet ad probandum, fuisse hunc ab illo Platónico diversum. De Cebete videndus Diogenes Laërtius lib. secundo de vitis philosophorum. Chalcidius in Timæum Platonis, & Xenophontis ἀπομνημονεύματα. *Sneecanus*.

2 Tabulam inscripsit, quisquis tandem fuerit auctor hunc libellum cle-

θήματα ἰδεωρῶν. <sup>4</sup> Ἀνέ-  
κειτο δὲ καὶ πίναξ πρὸς ἑμ-  
προσθεῖν ἑνὸς, ἐν ᾧ ἔω-  
<sup>6</sup> γραφή πρὸς ξένη, καὶ μύ-  
θους ἔχουσα ἰδίους. ἕως οὗ  
ἠδυνάμεθα συμβαλεῖν,  
<sup>7</sup> τί-

lam quandam ante sa-  
cellum dedicatam, quæ  
peregrinas quasdam &  
peculiares fabulas depi-  
ctas haberet. Quæ cu-  
jusmodi & unde essent  
con-

elegantem sane & succi plenum sic  
inscribendi: quod in eo ceu in ta-  
bula vivis lineamentis vita morta-  
lium oculis subjiciatur, non aliter  
quam sit in sermone parabolico.  
Trenim antiquissimam fuisse hanc  
consuetudinem instituendi hortan-  
di que mortales, similibus ductis à  
rebus sensui obviis ad ea quæ illis sic  
non sunt exposita, constat tum è  
Platone aliisque profanis scriptori-  
bus, tum etiam è mysticis literis,  
quæ ab ista agendi ratione quoque  
non abhorrent, ut videre est Judi-  
cum cap. ix. & i Regum xiv.  
vel i Samuelis, quin & non paucis  
Evangelicæ historiæ locis. *Idem.*

<sup>3</sup> Ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ. *In Sa-  
turni templo.*] Id templum ubi loco-  
rum fuerit, fateor, mihi non lique-  
re: nisi quod probabile autumo,  
fuisse Athenis, in ipsâ Musarum sede  
ac domicilio; ubi hæc tabula, quæ hic  
ab auctore proposita edilferitur, fue-  
rit dedicata inter reliqua templi do-  
naria. Nisi quis malit assignare æ-  
dem hanc Saturniam Thebis Ægyptiæ,  
unde videtur auctor oriundus. *Idem.*

<sup>4</sup> Ἐνέκειτο δὲ καὶ πίναξ. *Inerat  
etiam tabula.*] Quid vero si ἀνέκειτο  
legas? dedicata erat. Ab ἀνέκει-  
ται fit ἀνόθημα, sicut à διδασκα-  
λίᾳ διδασκαλία non originis, sed  
significationis habita ratione. *Wolfius.*

<sup>5</sup> Ἐμπροσθε τοῦ ναοῦ. *τὸ ἱερὸν  
est totum templum: ὁ ναός, &  
Attice ναὸς, videtur hic esse pars  
templi interior. Suidas, ἱερὸν λέγουσι.  
Ὅτι πᾶν τὸ ἀνακλιθήμενον τοῖς θεοῖς.  
Pollux ναὸν καὶ ἱερὸν pro eodem ca-  
pit, & addit, ἕρδα ὡς καθ' ἑαυτὴν,*

σηκός, τέμενον, ut sit ἱερὸν καὶ ναός,  
locus in quo deos colimus: σηκός,  
& τέμενον, in quo simulacra collo-  
camus. Videtur tamen ναός παρὰ  
τὸ ναίειν dici, ut sit ædícula in qua  
ipse Deus habitet. Si cui vero hæc  
distinctio τῶ ἱερῷ καὶ ναῷ, ut Gram-  
maticorum autoritate non munita,  
displicet: Cebes primum ἱερὸν,  
deinde ναῶν, varietatiscausa dixit. *Idem.*

<sup>6</sup> Γραφή τις ξένη.] Nova est hæc  
pictura, nec deprompta ex Home-  
ro, aut alio Poëta: quas fabulas  
pictas & sculptas passim videre  
erat. Et si autem & ipsæ habent,  
quibus tenera atas erudiatur, tamen  
non prorsus in universum eo respi-  
ciunt, quemadmodum hæc Tabula.  
Tota enim in hoc occupatur, ut va-  
rias vitæ, & omnium quotquot sunt  
rationes, spectatori proponat, at-  
que itidem vitæ rectam viam, quam  
qui ingressus sit & persequatur,  
rectius vivat & beatus. Ideo non  
tam esse pictura existimanda est,  
quam Philosophia. Si enim quis  
eius interpretationem ædeat, atque au-  
scultet; primum se ab erroribus  
ratione vindicabit, ac deinceps ne-  
cessariis sive commodis ad institu-  
tum rebus paratis, totum se ad vi-  
tam bene beateque, aut certe com-  
modius multo & melius & felicius  
agendam, convertet. Id facilius  
omnino & certius faciet, qui vitæ  
rationes in utramque partem consi-  
derarit, & quæ in altera insint ma-  
la, quæ tamen declinari non maxi-  
mo negotio possint, apud animum  
perpendent. *Casellius.*

ἦ τίνες ἢ πόθεν ἦσαν. ἔτε  
 γὰρ πόλις ἐδόκῃ ἡμῖν εἶναι  
 τὸ γεγραμμένον, ἔτε φρα-  
 τόπεδον· ἀλλὰ εἰσβολος,  
 ἐν αὐτῷ ἔχων ἑτέρας εἰ-  
 σβολας δύο, τὴ μὲν μείζω,  
 τὴ δὲ ἐλάττω. ἦν δὲ ἢ πύλη  
 ἔπι τῷ φρώτῃ εἰσβολα.  
 πρὸς δὲ τῇ πύλῃ ὄχλος  
 ἐδόκῃ ἡμῖν πολὺς ἐφρα-  
 ναί. ἐνδον δὲ τῷ εἰσβολα,  
 πληθὸς τι γυναικῶν ἐω-  
 ρῆτο. ἔπι δὲ τῷ εἰσόδῃ τῷ  
 φρώτῃ πυλῶνος ἢ εἰ-  
 σβολα γέραν τις ἐφῶς, ἐμ-  
 φασιν ἐποίῃ, ὡς φρασί-  
 ταν τὴ τῷ εἰσιόντῃ ὄχλω.  
 ἀπορῆνταν δὲ ἡμῶν εἰς τὴ  
 μυθολογίας πρὸς ἀλλή-  
 λους πολὺν χρόνον, φρα-  
 σῆτης τις παρεφῶς, Οὐ-  
 δὲν δεινὸν πάχετε, ὡς ἐ-  
 νοι, ἔφη, ἀπορῆντες περὶ  
 τῷ γραφῆς ταύτης. ἔτε γὰρ τῷ  
 ἔπι φρασίων πολλοὶ ἴσαι,  
 τί ποτε αὐτῇ ἢ μυθολογία  
 διώαιτο. ἔτε γὰρ ἐτι πο-

λιπ-

7 Τίνες καὶ πότε ἦσαν. Quae &  
 quando essent. ] Quid si ποθεν, unde?  
 praesertim cum sequatur, ἔτε γὰρ ἐτι  
 πολιτικῶν ἀνάθημα. Wolfius.

conjicere non potera-  
 mus. Pictura enim ne-  
 que urbem neque ca-  
 stris praese ferebat :  
 sed erat septum quod-  
 dam, alia duo septa con-  
 tinens, alterum majus,  
 alterum minus. Erat &  
 porta in primo septo ;  
 cui magna turba stare  
 videbatur. Intra septum  
 vero mulieres complu-  
 res conspiciebantur. In  
 aditu primi vestibuli &  
 septi, senex quidam sta-  
 bat, eo gestu & habi-  
 tu, ut ingredienti tur-  
 bae praecipere aliquid vi-  
 deretur. Cum vero diu  
 inter nos, quid com-  
 mentum illud sibi vel-  
 let, ambigeremus, se-  
 nex quidam astans : Non  
 mirum, inquit, est  
 hospites, vos de pictu-  
 ra hac dubitare. Nam  
 & ex indigenis pauci  
 norunt fabulae signifi-  
 cationem. Neque enim ci-  
 vilitatis nostrae donarium  
 est :

8 ἔπι δὲ τῷ εἰσόδῃ. ] Salmas.  
 absque articulo, ἐπι δὲ εἰσόδῃ.

9 ὡς προστάτιον τι. ] τι, cum  
 gravi. Idem.



λιπικόν ἀνάθημα, ἀλλὰ  
 ξένος ἡς πάλαι ποτὲ ἀ-  
 φίκετο δδύρο, <sup>10</sup> ἀνὴρ ἔμ-  
 φρων, καὶ δεινὸς περὶ σο-  
 φίαν, λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ  
<sup>11</sup> Πυθαγόρειόν τινα καὶ  
 Παρμενίδειον ἑξηλωκῶς  
 βίον. ὅς τὸ τε ἱερὸν τῆτο,  
 καὶ ἴην γραφίῳ ἀνέθηκε τῷ  
 Κρόνῳ. Πότερον ἐν ἔφῳ  
 ἐγὼ, καὶ αὐτὸν τὸ ἄνδρα  
 γινώσκεις ἑωρακῶς; καὶ  
 εἰδαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν  
 πτ-

est: sed olim hospes  
 quidam, vir cordatus,  
 & eruditione præstans,  
 qui & dictis & factis  
 Pythagoreæ & Parme-  
 nideæ vitæ studium præ-  
 se ferret tam templum  
 hoc, quam picturam  
 Saturno dedicavit. An  
 vero, inquam, ipsum  
 hominem vidisti, &  
 nosti? Atqui etiam, in-  
 quit, longo tempore fui  
 cum admiratus. Nam ju-  
 nior

10 Ἀνὴρ ἔμφρων, καὶ δεινὸς περὶ  
 σοφίαν.] Dedicator Tabulæ Philo-  
 sophus est, qui cognitionem de re-  
 bus susceperit, & in studio sapien-  
 tiæ plurimum profecisset. Hæc est  
 via nimirum ad sapientiam, *omnia  
 considerare quæ facias, nihil temere ge-  
 nere*: ut de ea parte loquar, quæ  
 ætiones spectat. Nec alienum ab  
 instituto, ut imitandos nobis pro-  
 ponamus optimos quosque, non ut  
 in certorum hominum verba jure-  
 mus; sed ut spectatissimorum vitæ  
 vestigiis ingrediamur. Amplecten-  
 da sunt, quæ bene dixerint: amu-  
 landa, quæ fecerint. Parum enim  
 est sentire recte, ni facias recte.  
 Itaque id est, quod ait, *λόγῳ καὶ  
 ἔργῳ*. Contra evenire videmus, ut  
 sæpe sapientum dicta in ore habeam-  
 us, de eorum factis iridem ex-  
 primendis nihil cogitemus. *Caseli-  
 us*.

11 Πυθαγόρειον καὶ Παρμενίδειον  
 ἑξηλωκῶς βίον.] Cum Thebanus  
 fuerit Cebes, probabile est, Thebis  
 hæc quæ narrantur, gesta fingi, aut  
 describi: & per hunc Pythagoreum

Lysidem Epatinondæ & Philippi  
 Macedonis præceptorem intelligi.  
 Sed hæc nihil ad rem. *Wolfius*.

Πυθαγόρειόν τινα.] Longum  
 foret omnia referre de Pythagora.  
 Ejus vitam persequuntur Laërtius  
 lib. 8. Jamblichus, Malchus: de  
 Philosophia ejus præcipue viden-  
 dus Hierocles. De Parmenide idem  
 Laërtius lib. 9. *Caselius*.

Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενί-  
 δειον.] De Pythagora, cujus titulo  
 circumfertur τὸ Τ, seu litera hu-  
 manæ vitæ speciem sive imaginem  
 præferens, videat, cui proubium  
 est, prolixè scribentem Jambli-  
 chum; qui vitam ejus posteritati  
 prodidit. Et Laërtium lib. viii.  
 De philosophia ejus præcipue vi-  
 dendus Hierocles; qui ad aurea car-  
 mina ipsius commentatus est. De  
 Parmenide consulendus Laërtius  
 lib. ix. Dubito, idemne sit hic Parme-  
 nides cum eo, cujus extat libel-  
 lus de Politis; qui continet ἀπο-  
 σπασμῶδιστον universalis historię Ni-  
 colai Damasceni. *Sneccanus*.

πολιῶν ζῆρόν. <sup>12</sup> νεώτερος  
 γ' ὢν, πολλὰ ἔσπευδαῖα  
 διελέγετο. ἔπειτα τούτης  
 δὲ τῆς μυθολογίας, πολλά-  
 κως αὐτῆς ἠκικῶεν διεξιόν-  
 τῳ. Πρὸς Διὸς τοίνυν,  
 ἔφλω ἐγὼ, εἰ μὴ τις σοὶ  
 μεγάλη ἀχολία τυγχάνῃ  
 ἔσται, δῆγισσά μιν. Πάνυ  
 γ' <sup>13</sup> ἄξιθυμῶν ἀκῆσαι,  
 πῖ ποτέ ἐστιν ὁ μῦθος. Οὐ-  
 δεῖς Φθόνος, ὦ ξένοι, ἔφη.  
 ἀλλὰ τὰ πῖ δειῖ ὑμᾶς ἀκῆ-  
 σαι, <sup>14</sup> ὅτι ἔπι κίνδυνόν τι  
 ἔχῃ

<sup>12</sup> Νεώτερος γὰρ ἄν. Οἱ φιλό-  
 σοφοι φρονεῖσι βέλτιον, εἰ νεώτεροι  
 λέγῃσι βέλτιον. αἷς ἄριστα γὰρ οἱ  
 νέοι τῶν φιλοσόφων. Recte igitur  
 induxit tabula interpretem, homi-  
 nem & doctum & florentem aetate.  
 Namque nec satis doctrinae in ado-  
 lescente admodum, & dicendi par-  
 tes sunt graves seni. Itaque apud  
 Platonem senex alicubi ex instituto  
 sermone discedit ad sacra. *Cassellius.*

Ambigua verborum sententia. Si  
 enim τὸ νεώτερος ad σπευδαῖα re-  
 feras: juvenis σπευδαῖος tanto lau-  
 dabilior, & dignior qui advertatur;  
 quanto per naturam illa aetas, ad  
 alia potius apta & propensa. Unde  
 vulgatum illud Aristotelis, τὸν νέον,  
 τῆς πολιτικῆς ἀκρίσεως audito-  
 rem minus idoneum statuentis:  
 quod ἄπειρος ἢ κατὰ βίον πράττειν,  
 & quod τοῖς πάθεσιν ἀνελευθερι-  
 κός. sive, ad τὴν διαλέγεσθαι: tum quo  
 minus miremur, ratio redditur,  
 (innuitur saltem) exuperantis in  
 juvene facultatis; ipsa juvenus sci-  
 licet. Quo pertinet locus à Casselio

nior cum esset, multa  
 præclare differebat: &  
 hujus ipsius fabulae do-  
 ctrinam sæpe eum au-  
 divi exponentem. Ob-  
 secro igitur, inquam,  
 nisi magna quæpiam oc-  
 cupatio te impedit, fa-  
 bulam nobis explica, cu-  
 jus audiendæ avidissimi  
 sumus. Nihil, inquit, ob-  
 stat, hospites: sed il-  
 lud vobis tenendum, e-  
 narrationem periculi non  
 expertem esse. Cujus-  
 modi

allatus: εἰ φιλόσοφοι φρονεῖσι βέλ-  
 τιον· εἰ νεώτεροι, λέγῃσι βέλτιον.  
 In utramque partem multa possent  
 adferri, si res postularet. Priorem  
 sensum versio Arabica secuta est:  
 posteriorem Casselius expressit. Le-  
 ctor, ut volet; per me licet. *Cassiu-  
 bonus.*

Νεώτερος γὰρ ἄν. ] Legendum  
 forte: νεώτερος γὰρ ἔν, uti mihi  
 indicavit Incomp. Gronovius. Ju-  
 venes enim è senibus, non senes à  
 juvenibus disunt.

<sup>13</sup> Ἐπιθυμῶμεν ἀκῆσαι. ] Parum  
 proficit, qui non accedit ad discen-  
 dum cum desiderio: contra qui in-  
 flammatus est discendi cupiditate,  
 de eo non dubia spes. *Cassellius.*

<sup>14</sup> Ὅτι ἐπικίνδυνόν τι ἔχῃ ἢ ἐξή-  
 γησις. Enarrationem periculi non  
 expertem esse. ] An est aliquid periculi in  
 eo, si quis hanc narrationem audiat?  
 Videtur esse per se nihil, sed in al-  
 tero, si quis ad usum non transferat  
 ea, quæ acceperit. Qui enim ejus-  
 modi salutaria vitæ præcepta ne-  
 glexerit, suaute culpa perit, non  
 quod

ἐχθρῶν ἢ ἐξήγησις. Οἷόν τι;  
 ἐφ' ὧν ἐγώ. Ο'τι, <sup>15</sup> εἰ μὴ  
 προσέξητε, ἔφη, καὶ σεωθή-  
 σιτε τὰ λεγόμενα, <sup>16</sup> Φρό-  
 νιμοὶ καὶ εὐδαίμονες ἔσε-  
 δε. εἰ δὲ μὴ, ἀφρονοὶ, καὶ  
 κακο-

quod ea audivit, quibus servari po-  
 terat. In vita literaria in universum  
 nihil periculi est: ramen idem esse  
 apparet. Qui discit literas, nec se  
 ad earum præcepta conformat, se  
 in periculum conjicit, & in exitium  
 præcipitat, & ei aliquando fatius  
 etiam, non acuisse ingenium doctri-  
 nis subtilioribus, quibus jam abuta-  
 tur. *Idem.*

Merito quaeritur, quomodo in-  
 telligendum, quod affirmet, non  
 prius periculi esse expertus, hanc  
 enarrationem audire. Videtur ita-  
 que dicendum, per se quidem  
 nihil huic rei inesse periculi, vi-  
 delicet in auditione, sed, si quis  
 ad usum non transferat ea quæ  
 acceperit, nihil ipsi profuturum  
 quod audiverit, quinimo ipsi id per-  
 niciosum fore. Quippe qui ejusmo-  
 di salutaria vitæ præcepta neglexe-  
 rit, suapte perit culpa, nec habet  
 quod excuset: imo tanto justius pu-  
 nitur, quanto pulchrior ipsi affulse-  
 rit proficiendi occasio. Idem fere  
 docet ὁ σωτὴρ, Luc. 12, 47. *Sue-  
 canus.*

15 Εἰ μὴ προσέξητε καὶ συνήτε-  
 σα. ] Non προσέξητε, nisi etiam  
 συνήσητε, per u legatur, *Wolfius.*

Εἰ μὴ προσέξητε. ] Ο'τι προσ-  
 εἶχεν τὸν νοῦν καὶ συνίεναι δεῖ.  
 τὸτ' ἐστὶ προκρίπτου τῶν αὐτῶν βίβλιν.  
 Non satis est animum advertere &  
 intelligere; sed ubi intellexeris,  
 animum advertere & intendere  
 oportet, ut facias: hinc Prudentia,  
 & à prudentia vitæ illa beata. *Casel.*

16 Φρόνιμοὶ καὶ εὐδαίμονες ἔσε-  
 δε. ] An qui prudens idem beatus?

modi, inquam, id est?  
 Quia, si auscultaveri-  
 tis, atque intellexeri-  
 tis ea quæ dicentur, pru-  
 dentes & beati evade-  
 tis: sin minus, facti ve-  
 cor-

Beatam vero vitam intelligimus  
 non omnibus numeris perfectam:  
 siquidem tale quippiam in homi-  
 nem non cadit; sed commodam,  
 aut certe incommodis, quæ pleri-  
 que ultro adfiscunt, vacantem. An  
 igitur, qui prudens, idem beatus?  
 an non potius, qui omnibus virtu-  
 tibus præditus est? Hoc verum,  
 nec illud falsum, quando eodem res  
 redit. Est enim Prudentia omnium  
 Virtutum oculus: nec prudens caret  
 virtutibus, cæteris. *συναπολογου τοῦτον  
 γὰρ ἀρεταί:* ubi una de virtutibus  
 sit, ibi & esse cæteras necesse est.  
 Quod cum de omnibus ita se ha-  
 beat, de prudentia maxime verum  
 esse oportet, sine qua nulla virtus,  
 nulla virtutis actio. Sic igitur Pru-  
 dens beatus, nempe in civili con-  
 suetudine: intelligimus vero τὸν  
*ἐνεργούντα κατ' ἀρετήν.* Prudens  
 vero hoc betior, quod non solum  
 facit, quæ sunt virtutis privata, sed  
 quod & meritis ornata republicam.  
 Primus ad prudentiam aditus  
 est, intelligere vitæ humanæ ratio-  
 nes omnes. Hæ magis illustran-  
 tur contrario. Qui enim stolidi,  
 nec rationem ducem sequuntur in  
 omnibus, idem miseris in hisdem ma-  
 litiis & incitiis: ὥστε μετ' ἀφροσύ-  
 νης καὶ παραφροσύνης τὴν πραγ-  
 ματεσιν εἶναι κακῶν; quos male, quod  
 in utroque malum; & misere, quod  
 in malo miseria, vivere necesse est.  
 Est igitur το κακῶς ἀθλίως, καὶ κα-  
 κοδαίμωνος. Incitiam autem no-  
 minare non est novum, cum vel  
 ignoratur, quid facere quemque  
 oporteat: vel, etiam si liquet, non  
 facias

κακοδαίμονες, <sup>17</sup> καὶ πικροὶ καὶ ἀμαθεῖς γινόμενοι, κακῶς βιώσασθε. Ἐπὶ γὰρ ἡ ἐξηγησις εἰκνυῖα τῶν τῶ Σφίγγος ἀνίγμαι, δὲ κείνη ἀφβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μὲν ἐν αὐτῷ σωῖται, ἐσώζετο. εἰ δὲ μὴ σωῖται, ἀπάλλετο ὑπὸ τῶ Σφίγγος. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅτι τῶ ἐξηγήσεως ταύτης. <sup>18</sup> ἡ γὰρ Ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις

cordes, infelices, acerbique atque indocti, male vivetis. Est enim expositio, Sphingis ambagibus similis, quas illa hominibus proponebat: quas qui intellexerat, manebat incolumis; qui non affecutus erat, à Sphinge occidebatur. Eadem est enarrationis hujus ratio. Nam Amentia Sphinx est hominibus

facias tamen. Recte igitur intelligere oportet, si quis ita loquatur. Sic & perturbatum reipub. Syracusanæ statum adscribit infcitia ep. 7. ad Dionis propinquos Plato. ἐξ ἀμαθίας, inquit, πάντα τὰ κακὰ πάσι ἐπιβάται, καὶ βλαστάνει. Id est, ex Inficitia quicquid est malorum, radices agit & pullulat. Ipse quoque Aristoteles, etiam hanc doctrinam magis illustrat, cum ostendit virtutes non esse scientias, quod Socrati visum fortasse videri possit, tamen ab his non dicit discrepantia, ubi ait Ethic. 3. ἀγνοεῖ μὲν ἐν πάσι ὁ μοχθηρὸς, ἀ δὲ πρᾶξι, καὶ ἀνὰ ἀρετῆον. Inficitiam intelligimus, non quæ est in scientiis, sed quæ res agendas respicit: nec tamen infcitiam rerum minutarum, sive puerilium, quas ignorare turpiculum forte est: sed hæc nec infamiam adfert, nec per se grave incommodum, quemadmodum injuste facta. In quibus igitur hæc infcitia? In rebus ad vitam cultum pertinentibus, ut de iis non falsas imberberimus opiniones, cujus generis sunt: nihil prius esse honore, aut imperio, aut opibus, aut voluptatibus; nihil esse miserius humilitate;

servitute, paupertate, doloribus: & similia.

An nesciunt, qui agunt contra virtutem? quæ hæc infcitia? In multis non intelligunt, quid faciendum sit: in plerisque, quod vident, non satis vident: aliquibus non assentiuntur, quæ vident: quibus judicio assentiuntur, nec ea volunt, ut & sic nescire videantur. Inde natum est, ut & vulgo quoque dicamus, ebrius, aut ira percitum, aut amoribus irretitum, nescire quid agat, etiam horum nemo sit, qui scire non nihil saltem videatur. Casellius.

17 Καὶ πικροὶ καὶ ἀμαθεῖς. ] Caselliana, ut & Salmastiana edit. πομπῆς καὶ ἀμ. quod probabilius. Aristoteles autem eximie (ut omnia; quod & Sacris Oraculis consonum est) docet omnem πομπῆν ex ἀγνοίας, vel quod eodem redit, ἀμαθείας proficisci, Casellianus.

18 Ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις Σφίγγῃ ἐστίν. ] Σφίγγῃ παρὰ τὸ σφίγγειν, διὰ τὸ ἐσφίγγεσθαι, καὶ δυσνόητα λέγειν τὰ ῥήματα. Stephanus è veteri Lexico.

θρόποις Σφίγγξ ἐστίν. αἰ-  
νίττε) δὲ καὶ τὰδε, ἰο πὶ  
ἀγαθόν, πὶ κακόν, πὶ ἔ-  
τε ἀγαθόν, ἔτε κακόν ἐστίν  
ὡ τῷ βίῳ. ταῦτ' ἔν  
ἐὰν μὴ τις σωίῃ, ἀπόλ-  
λυ) ὑπ' αὐτῆς ὅτι εἰς-  
ἀπαξ, ὥσπερ ὁ ὑπὸ τῆ  
Σφίγγος καταβρωθεὶς ἀ-  
πέθνησεν. ἀλλὰ καὶ μι-  
κρόν

Ausonius: Carm. 280.

*Terruit Aoniam volucris, leo, vir-  
go, triformis*

*Sphinx: volucris pennis, pedibus  
fera, fronte puella.*

Φίκα nominabant Boeoti, ut apud  
Hesiodum Theogonia:

Ἡ δ' ἄρα φίκα ὄχην τέκε καθ' αἰεί-  
σιν ὄλεθρον.

Verba ipsius Scholiastæ sunt edit.  
Clar. nostri Heinii, fol. 267. ἡ δὲ  
σφίγγξ πραγματικῶς μὲν γυνὴ ἦν  
λεσπρίς, καὶ εἶχε πολλὰς σὺν αὐτῇ  
τοῦς συναρπάζοντας. ἐταῦθα δὲ  
τὴν κρυφίνην καὶ μερικὴν κερκυ-  
μένην κακίαν λέγει. Annot. Zetzæ,  
Hesiodum ἀλληγορικῶς annotare  
τὴν κρυφίνην κακίαν: revera fuisse  
γυναικῆ λεσπρίδα, ἔχουσαν πολ-  
λοὺς τοῦς σὺν αὐτῇ συναρπάζον-  
τας.

Amentia autem Sphinx est, ni-  
hilque habet præter opiniones va-  
rias, perplexas, dubias, ad unam  
omnes falsas: quarum modo his as-  
sentitur, modo illis, qui rectis sen-  
tentis imbutus non est, ut modo  
in pretio habeat pecuniam, modo  
in voluptates prodigat: modo volu-  
ptatibus nihil anteferat, modo dicat  
nihil esse perniciosius: denique opi-  
niones, nec bonum, nec malum,

nibus. Obscure autem &  
hæc innuit, quid in vi-  
ta sit bonum, quid ma-  
lum: quid neque bo-  
num, neque malum.  
Quæ qui non intelligit,  
ab ea non semel inter-  
it, ut is, qui à Sphin-  
ge occisus, devorabatur:  
Sed paulatim per omnem  
ætatem, ut qui, con-  
jecti

nec indifferens definiunt. Sic enim  
distinxerunt etiam Stoici, ut infra  
explicabitur. Deinde etiam in eo-  
cum Sphinge comparatur Amentia,  
quod misere torquet, & conficit  
animos hominum, quos & quotidie  
novis variisque moribus afficit.  
Perpetuo enim & subinde aliis at-  
que aliis modis cruciari, est mille  
modis petire. Contra pulchrum, &  
salutis plenum, vindicare se ab insci-  
tia: qui hoc facit, sternit iter sibi  
ad arcem beatæ vitæ, sive sapientiæ.  
Hic tandem in civili consuetudine  
beatus, ille miser: ut recte quoque  
Lucretius initio lib. 2.

- - - nil dulcius est, bene quam  
munita tenere

*Edita doctrina sapientum templa se-  
vena:*

*Despicere unde queas alios. passim-  
que videre*

*Errare, atque viam palanteis que-  
tere vitæ:*

*Certare ingenio, contendere nobili-  
tate:*

*Noctæ atque dies niti præstante la-  
bore:*

*Ad summas emergere opes, rerumque  
potiri. Caselus.*

19 Τί ἀγαθόν.] τί cum acuto,  
etiam in iis quæ sequuntur scriben-  
dum. Wolfius.

κρὸν ἐν ὄλω τῷ βίῳ καταφθείρει), <sup>20</sup> καθάπερ οἱ ἐπι τιμαρία ᾧ δαδιδόμοιοι. ἀν δέ τις γινῶ, ἀνάπαλιν ἢ μὲν Ἀφροσύνη ἀπέλλυ, αὐτὸς δὲ σώζειται, καὶ <sup>21</sup> μακάριος καὶ εὐδαίμων γίνεται ἐν παντί τῷ βίῳ. Ὑμεῖς ἐν αἰσθεύετε, καὶ μὴ ᾧ δακρύετε. Ὡς Ἡράκλειος, ὡς εἰς μεγάλῳ πνὰ ἐπιθυμίαν ἐμβέβληκας ἡμᾶς, εἰ ταῦθ' ἔπος ἔχει. Ἀλλ' ἔστιν, ἔφη, ἔπος ἔχοντα. Οὐκ ἐν φθάνοις τοίνυν

διη-

jecti in carcerem, manum carnificis expectant, contabescit: Si ea cognorit aliquis, vice versa perit Amentia: ipse vero salvus manet, perque omnem vitam, malorum expers, beatus efficitur. Vos igitur attentis estote, nec obiter audite. Diis boni, quantam nobis cupiditatem injecisti, si ista ita sunt! Ita, inquit, res est. Quamprimum igitur narres velim. Nam nos quidem haud

<sup>20</sup> Καθάπερ οἱ ἐπι τιμαρ. παρὰ δὲ:] Non intellexerunt interpretes quid τιμαρία hoc loco sibi vellet. Non enim qui damnati carnificis manum expectant; ut hic: aut qui quæstioni subijciuntur; ut Casellius; aptum sunt hic exemplum, τὸ ἐν ὄλω τῷ βίῳ κατὰ μικρὸν καταφθειρόμενον: sed illi qui male actæ vitæ aut impiorum facinorum sibi conscii secretis conscientiarum flagellis (quæ vera Erynnis, sed quæ, non omnibus facinorosis contingit in hac vita:) quotidie lancinantur & torquentur. De quibus optime Satyricus:

Magne pater Divum, ἄσφατος punire tyrannos

Haud alta ratione velis: - - -

Virtutem videant intabescantque relibta.

Intabescere, plane hic quod Cebes, κατὰ μικρὸν καταφθείρει. ΡΟΗΙΟ, τι-

μαρὶ δαίμονες Synesio, aliisque: qui vulgo: ἀλάστορες. Cebes ipse (quod mirum interpretes non advertisse) in sequentibus ita exponit: ὅταν ἐν πάτα ἀπολείπῃ, παραδίδοις (iisdem quibus hic verbis:) τῇ τιμαρία: Sc. Casaubonius.

<sup>21</sup> Μακάριος καὶ εὐδαίμων.] Idem utroque indicatur, ut alterum alterius declarandi causa positum videtur: qui distinguunt, tribuant hominibus εὐδαιμονίαν, μακαρίτητα Diis immortalibus, quos & μακάριος nominant, quod omne ævum summa cum voluptate, quæ non nisi de animi voluptate intelligi potest, agant, παρὰ τὸ μὲν, τοῦτ' ἐστὶ, σφίδρα χαίρειν. Sic etiam ἐτυμολογεῖ Ἀριστοτ. ἠθ. vii. c. 12. Καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οἱ πλείους μὴδ' ἠδονῆς εἶναι φασιν· διὸ καὶ τὸ μακάριον ἐνεμάκατι ἀπὸ τοῦ χαίρειν. Casellius.

22 Ἐπι-

διηγέμεν, ὡς ἡμῶν  
 ὡροσεξόντων ἔπαρ-  
 ρως, ἐπέιπερ καὶ τὸ <sup>22</sup> ἔπι-  
 τίμιον τοῖσ' ἐστίν. Ἀνα-  
 λαβὼν ἐν ῥάβδῳ πῖλόν, καὶ ἐκ-  
 λείνας ὡρὸς πῶν γραφῆν,  
 Ὁρᾶτε, ἔφη, τὸ περὶ ἑλο-  
 λον τῆτον; Ὁρᾶμεν. Τῆτο  
 ὡρῶτον δεῖ εἰδέναι ὑμᾶς,  
 ὅτι καλεῖται ὁ τόπος <sup>23</sup> ἑ-  
 τῶν, Βίῶν καὶ ὄχλων  
 ὁ πολὺς, ὁ ὡρᾶ τὴν πύ-  
 λιν ἐφεστῶς, οἱ μέλλον-  
 τες εἰσπερβῆσθαι εἰς τὴν  
 βίον, ἑτοῖοί εἰσιν. ὁ δὲ γέ-  
 ρων, ὁ ἄνω ἐστηκὼς, ἔχων  
 χεῖρτιν τινα ἐν τῇ χει-  
 εῖ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὡσπερ  
 δακτύλων ἑ, ἑτοῖος <sup>23</sup> Δαί-  
 μων

haud obiter audiemus,  
 in tanti praesertim &  
 praemii & supplicii ex-  
 spectatione. Sublato igitur  
 baculo, & ad picturam  
 extento: Cernitis, inquit,  
 septum hoc? Cernimus.  
 Hoc primum vobis tenendum  
 est, locum hunc appellari  
*Vitam*: & magnam  
 multitudinem quae portae  
 affistit, eos esse qui  
 in vitam venturi sunt. Se-  
 nex vero is, qui superne  
 stat, chartam quandam  
 una manu tenens; altera  
 vero quiddam veluti mon-  
 strans, *Genius* dicitur.  
 Mandat autem ingredientibus,  
 quid eis, ubi

<sup>22</sup> Ἐπιτίμιον.] Utrumque significat & praemium & supplicium, quasi dicat est operae pretium hanc nosse, siquidem percundum est ei, qui ea neglexerit; certa spes contra sit, servatum iri, qui illa sibi curae habuerit.

Hæc tamen ita se habent, ut Philosophus docet, non ut necesse sit, jam servari, qui hæc intelligat, & de iis argute disserat, & sæpe sermonibus usurpet. Ethic. lib. 2. cap. 3. ἀλλ' ἐν πολλοῖς, &c. usque ad finem capituli. Hunc locum sic illustravit Themistius Orat. 2. fol. 31. Edit. Steph. τέρας δὲ αὐτὸς ὡρᾶ τινι, &c. usque ad illa verba ἐκείνη ἰατρικῆς. *Idem.*

<sup>23</sup> Δαίμων καλεῖται.] Genius ad portam est præco sapientiae, interpret rationis. quod chartam manu teneat, hoc indicatur, si quis desideret vera ad vivendum sapientiae præcepta nosse, ei volvenda monumenta veterum. qui tot sæculis invenerunt, quibus vita hominum expoliretur & emendaretur: neque non id esse divinum beneficium existimandum, & ab authore sapientiae proficisci. De quibus Genius ille docet, de quibus potissimum informari ad vitam oporteat, ea sub extremum hujus sermonis breviter perstringit scriptor. *Idem.*

μων καλεί). ὡροσάτη δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, <sup>24</sup> ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸ βίον. καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, <sup>25</sup> εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. ποίαν ἔν ὁδὸν κελύει βαδίζειν, ἢ πῶς; ἔφω ἐγώ. Οἱ ῥᾶς, εἶπε, παρά τὴν πύλην θρόνον πνὰ κείμενοι καὶ τὸ τόπον τῆτον, καθ' ὃν εἰσπορευέται ὁ ὄχλος, ἐφ' ἧ καθήκει γυνὴ πεπλασμένη ταφείδῃ, καὶ πιδανὴ φαινομένη, καὶ ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα <sup>26</sup> ποτήριόν τι, Ὁ ῥᾶ ἀλλὰ τίς ἐστὶν αὐτῆ, ἔφω. <sup>27</sup> Ἀπάτη καλεῖται, φησιν, ἢ πάντας τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσα. Εἶτε τί ὡροσάτη αὐτῆ; τοὺς εἰσπορευομένους εἰς τὸ βίον ποτίζει <sup>28</sup> τῇ ἑαυτῆς δυνάμει. Ἰστο δὲ τί

ubi in vitam venerint, faciendum fit: & cui viae se committere debeant, si salvi esse in vita velint, ostendit. Quam igitur, inquam ego, viam ingredi eos jubet, aut quomodo? Viden', inquit, juxta portam folium positum, qua turba ingreditur, cui mulier infidet, ficto vultu; argutaque specie, & manu poculum quoddam tenens? Video, inquam; sed quae ea est? *Impositura*, inquit, quae omnes homines seducit. Ecquid agit ea? Iis, qui in vitam ingrediuntur, facultatem suam propinat. Quae verò est illa potio? *Error*, inquit,

24 ὡς ἂν εἰσέλθωσιν.] ὡς pro ἔπειτα, postquam. *Wolfius.*

25 Εἰ σώζεσθαι μέλλουσι.] μέλλουσι, pro βέβηκεν. *Idem.*

26 Ποτήριόν τι.] Non τι. *Idem.*

27 Ἀπάτη.] Impositura est conturbatio rationis multiplex ut nimia vitæ & voluptatis. Hac inducit in errorem & infirmitiam. *Casellius.*

28 Τῇ ἑαυτῆς δυνάμει.] Optime ita habent quas vidi editiones, excepta Caseliana, in qua pessime legitur τῇ ἑαυτῆς δυνάμει, quia hæc ad ὁπάτην sunt referenda, Posset tamen Casellii lectio aliquo modo probari, si vox ποτὸν, quæ mox sequitur, præcesserat.



τί ἐστὶ τὸ ποτόν; Πλάνη, ἔφη, ἢ Ἀγνοια. Εἴτε τί; 29 Πιόντες τῆτο, πορεύον) εἰς τὸν βίον. Πότερον ἐν πάντες πίνουσι τὴ πλάνον, ἢ ἔ; Πάντες πίνουσι, ἔφη. ἀλλ' 30 οἱ μὲν πλείον, οἱ δὲ ἥττον. ἐπι δὲ ἐχόρῃς 31 ἔνδον τῆς πύλης πλῆθος ἡ γυ-

quit, & Ignorantia. Quid tum? Hac pota, veniunt in vitam. Num ergo omnes Errorem bibunt? Omnes bibunt, inquit: sed alii plus, alii minus. Nonne præterea intra portam vides turbam quandam mulierum meretricum, va-

29 Πιόντες τοῦτο. ] Wolfiana, Plantiniana, cæteræque editiones inter se conveniunt. Verum in Caseliana habes πινούτες in præfenti, sed non probandum, licet postea bis præfens subsequatur.

30 Οἱ μὲν πλείον, οἱ δὲ ἥττον. ] Janus Pannonius ad animum suum:

*Necte, cum porta Cancræ egredere calentis,  
Lethæa nimium proluit humor aqua.* Wolfius.

Οὐκ ἔστιν ἴση πάσης κρᾶσις. Alii plus ἐπιθυμίας, alii minus: alii plus habent θυμῶ, alii minus. Caselius.

31 Ἐνδον τῆς πύλης πλῆθος τι γυναικῶν ἐταίρων. ] In spatio, quod inter primam & secundam sepium, ingressis portas varix & opiniones & voluptates statim fiunt obvia. Opiniones sunt innumeræ, nec ejusdem generis: tales sunt, opes ante omnia querendas: non esse colendas literas, è quibus rem non facias: nihil esse pulchrius honoribus; in genere esse omnia, nihil esse miserius paupertate: beate vivere, qui voluptuariam vitam agant: magnum esse, cæteris imperare. Earum pleræque, & multa harum similes, non solum plebem, sed & principes viros divexant, & aver-

tunt à via salutis ad miseriam. Cum enim cœperunt sinistre judicare, cupiditatibus alii aliis inflammati, ad honores, ad opes, ad imperia; ad convivium, ad amores, ad luxum, & somnum, & alia se totos convertunt, & quisque sua voluptate per-eunt. Hæ mulieres sunt inhonestæ: neque tamen non pollicentur suis cultoribus aureos montes, & vitam beatam, quemadmodum & voluptatem adversus virtutem dis-serentem Prodicus inducit, & refert ἀπομν. β. Eas fucatas rationes distinguere oportet à veris: denique mendacium à veritate. Apparet præterea fortuna, veris picta coloribus: de qua & opiniones & virtutem scire est operæ pretium. De Fortuna autem agit Logicus, Orator, Ethicus, Jurisconsultus, Politicus, Physicus, Metaphysicus.

Definitio Fortuna ex Aristotele A. Η' Τύχη ἐστὶν αἰτία. Qualis neutra essentialium, neque materia, neque forma: neque est causa finalis, quoniam ageret, est igitur efficiens, & prædicatur DOMINA RERUM, ut in Proverbio. Vitam regit Fortuna non sapientia. Τύχη τὰ θνητῶν πράγματα, ἐν εὐδαιμονία. quod de multis verum, de plerisque falsum.

B Κατὰ συμβεβηκός. Quia omnis causa per se est determinata, & sciri certe

certe potest, & semper, vel, ut plurimum eodem modo operatur, & si sit efficiens, agit ad obliquum finem determinatum, quem sibi habet propositum. Horum cum nihil sit in fortuna, causa per se esse non potest.

**C** Εἰν τοῖς κατὰ προαιρέσειν. Fortuna tantum in iis est, qui agunt προαιρέσει, ut est solus homo: nec dicitur fortunatus, aut infortunatus, nisi homo.


**D** Ut si quis in regiam veniens, non nisi aula splendorem & magnificentiam spectatum, & præter spem vel muneribus ornetur, vel in aulam adsciscatur. Utroque enim nomine, si præcivisset, eo se contulisset. Sic si quis animi vel valetudinis causa inambulans, aurum inveniat. Namque & hoc nomine non minus existet.

Εὐθ' αἰεὶ, εἴθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. Hæc enim sunt causarum per se. Cum his consentanea sunt, & ex eisdem deprompta hæc Rhetoricorum primo, ut ipse Philosophus profiteretur.

Ἔστι δὲ ἀπὸ τύχης μὲν τὰ τοιαῦτα γινόμενα, ὅσα ἢ ἕνεκα τῶ γινέμεν, καὶ μὴ ἕνεκα τῶ γινέμεν, καὶ μὴτε αἰεὶ, μὴθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, μὴτε τεταραμμένας. δῆλον δὲ ἐκ τῶ ὀρισμοῦ τῆ τύχης περὶ τούτων. Sunt autem fortunæ ejusmodi, cum fiunt, quorum causa indefinita est, quæque non fiunt propter aliquid, & neque semper, neque ut plurimum, neque ordinate. De his vero etiam liquet ex definitione fortunæ. Actiones autem omnino discerni oportet fortuitas à cæteris, maxime ab iis, quæ in nostra potestate sunt. Nec enim illis; sed his tribuuntur laudationes & vituperationes, & destinantur præmia & pœnæ. Discrimen autem apparet evidentius, si fontes considerentur earum, de quibus hæc divinitus tradita sunt. Et idem secundo de arte dicendi.

Πάντες δὲ, inquit, πάντα πράττειν. τὰ μὲν εἰ δὲ αὐτῶν. ἢ μὲν μὴ δὲ αὐτῶν, τὰ μὲν διὰ τύχην πράττειν, τὰ δὲ εἰς ἀνάγκην, τὰ μὲν

βία, τὰ δὲ φύσιν. ὡς τε πάντα, ὅσα μὴ δὲ αὐτῶν πράττειν, τὰ μὲν ἀπὸ τύχης, τὰ δὲ φύσιν, τὰ δὲ βία. ὅσα δὲ διὰ αὐτῶν καὶ ἂν αὐτοὶ αἰτίοι, τὰ μὲν διὰ εἴθ' , τὰ δὲ δι' ὀρέξειν: καὶ τὰ μὲν διὰ λογιστικῆν ὀρέξειν, τὰ δὲ δι' ἀλόγησον. ἔστι δὲ ἡ βέλῃσις μετὰ λόγῳ ὀρέξει ἀγαθῶν. εἰδὲς γὰρ βέλῃσι, ἀλλ' ἢ ὅσον ἰσχυρεῖν εἶναι ἀγαθόν. ἀλογοὶ δὲ ὀρέξει, ὀρῆν καὶ ἐπιθυμία. ὡς τε πάντα, ὅσα πράττειν, ἀνάγκη πράττειν, δι' αἰτίας ἔτι, διὰ τύχην, διὰ βίαν, διὰ φύσιν, δι' εἴθ' , διὰ λογισμῶν, διὰ θυμῶν, διὰ ἐπιθυμίας. Sed eadem iterum subjiciemus oculis, ut facilius animo lectoris inhaereant.



Cum his conveniunt hæc in 3. Ethicorum, αἰτία γὰρ δοκῶσιν εἶναι, φύσιν καὶ ἀνάγκη, καὶ τύχη. ἐτι γὰρ καὶ πᾶν τὸ δὲ ἀνθρώπου. In quanto enim comprehenduntur λογισμῶν, εἴθ' , θυμῶν, ἐπιθυμίας. Cæterum non solum magnum imperium habet fortuna in res humanas; sed perique etiam mortales, qui causas rerum nesciunt, & rationis parum habent, primas ei deferunt, & tantum non omnia accepta ferunt. De ea hæc ex opinione hominum Plinius lib. 2. cap. 7. Invenit tamen inter has utraque sententias, &c. usque ad illa verba, qua Deus probatur incertus.

Quantum in fortuna boni esse videatur, quam ejus dona dubia & lubrica omnia, quamque illi minima fidendum, indicant variæ imagines, qui-

γυναικῶν ἑταιρῶν, παντοδαπὰς μορφὰς ἔχουσῶν; Οἷ ῥῶ. Αὐται ποίνω, Δόξα, καὶ Ἐπιθυμία, καὶ Ἡδοναί, καλεῖται. Ὅταν ἐν εἰσπορεύσει ὁ ὄχλος, ἀναπιδῶσιν αὐται, καὶ συμπλέκοντες πρὸς ἑκάστον εἶτα ἀπάγουσι. <sup>32</sup> Ποῖ δὲ ἀπάγουσιν αὐτὰς; <sup>33</sup> Αἱ μὲν

variis præditarum formis? Vidco. Hæ ergo Opiniones, Cupiditates, & Voluptates appellantur; turbaque ingrediente, exilientes amplectuntur singulos, atque abducunt. Quo vero abducunt eos? Aliæ ad salutem, inquit, aliæ

quibus eam pingebant: plerasque Dion Chrysostomus his verbis & retulit, & interpretatus fuit: Oration. 1. de fortuna, pag. 398. †† Οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ ξυροῦ ἔστησαν αὐτὴν, οἱ δὲ ἐπὶ σφαίρας, οἱ δὲ πηδάλιον ἴδαναν κρατεῖν, οἱ δὲ τὰ κρείστω γράφοντες, τὸ τ' Ἀμαλθείας ἔδοσαν κέρας, πλήρες καὶ βρόνον ταῖς ὄραις, ὃ ἐν μάχῃ Ἡρακλῆος Ἀχιλλεύου ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας μινύθη ἢ δὲ σφαίρα, ὅτι ἔυκολον ἢ μεταβολὴ αὐτῆς ἐστίν. ἐν κινήσει γὰρ τυχερὰ πάντοτε ὄν τὸ θεῖον· τὸ δὲ πηδάλιον δηλοῖ, ὅτε κυβερνᾷ τὸ τ' ἀνθρώπων βίον ἢ τύχη· τὸ δὲ τ' Ἀμαλθείας, μινύθη τὴν τ' ἀγαθῶν δόξαν τε καὶ ἰσχυροσύνην, &c. Et hic vero pingitur fortuna cæca, ut Plutus apud Aristophanem; furiosa, surda, insistens globo, ὅτι ἐκ ἀσφαλῆς, ἐδὲ βεβαία παρ' αὐτῆς δόξης. Recte igitur Aristoteles ibidem: ἔτι ἀβέβαιον εὐτυχία, εὐλόγως, ἢ γὰρ τύχη ἀβέβαιον. ἔτε γὰρ αἰεὶ, ἐδ' αἰεὶ ἐπὶ τὸ πολὺ εἴησι εἶναι τ' ἀπὸ τύχης εἶναι. i. Præterea, quæ bona fortuna dicitur, res incerta est, nec id causa caret. Fortuna enim incerta est. Fieri enim non potest, ut quicquid à fortuna profectum, vel semper sit, vel ut plurimum. *Casellius.*

Interpres vertit ἑταιρῶν meretri-

cum: sed videtur potius *sociarum* vertendum; nam dicitur paulo post quosdam ad salutem adducere; quod scortis non convenit. Nam ibi dicitur POENITENTIA hominem hunc per omnia malorum genera circumactum ex iis tandem eripere, eique OPINIONEM aliam inferere, & CUPIDITATEM, ad VERAM ERVDITIONEM eum perducituram. Sed ἐπέχω, quod videam, infra voces hanc etiam pro meretricibus usurpari. Quod Cebes in tabula proponit, idem Prodicus Sophista Herculi fabulatur evenisse; ut est apud Xenophontem Memorabilium secundo. *Sneecanus.*

†† Ad eundem fere modum elegantissimus Phædrus *occasionem* sive *fortunam* depingit, *pendentem in nouacula*; quæ verba, ut de occasione *leviter nouacula insidente* accipiam, Græca faciunt Chrysostomi: ἐπὶ ξυροῦ ἔστησαν αὐτὴν.

<sup>32</sup> Ποῖ δὲ ἀπάγουσιν αὐτὰς;] Non αὐτὰς. nam ἑκείναις & ἐράττοις acutum in fine postulant, non gravem. *Wolffius.*

<sup>33</sup> Αἱ μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, αἱ δὲ εἰς τὸ ἀπώλλυσθαι διὰ τὴν ἀπάτην.] Intelligi potest, falsas opiniones, pravas cupiditates, & turpes voluptates deducere ad interitum:



34 ὡς περ ὄραϊς. Ὁ ραῖς ἔτις πρῶτον εἰσπορευο-  
 μένης, 35 ὡς περιάροντας, ὅπῃ ἀν αὐτὰ δεικνύωσιν;  
 36 Ὁ ρῶ τῆτο, ἔφω. ἡ δὲ  
 γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστίν, ἡ  
 ὡς περ τυφλὴ καὶ μαινο-  
 μένη ἡς εἶναι δοκεῖσα, καὶ  
 ἐσηκῆα ὅπῃ λίθῃ πνὸς  
 προγγύλα; 37 Καλεῖται μὲν,  
 ἔφη, Τύχη. ἐστὶ δὲ ἕ μόνον  
 τυφλὴ, ἀλλὰ καὶ μαινομέ-  
 νη καὶ κωφῇ. Αὕτη ἐν τί  
 ἔργον ἔχει; Πειροποιεῖται  
 πανταχοῦ, ἔφη, καὶ παρ' ὧν  
 μὲν ἀρπάζει τὰ ὑπάρχον-  
 τα, καὶ ἑτέροις δίδωσι. παρὰ  
 καὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀφαι-  
 ρεῖται τῶν χρημάτων ἃ δέ-  
 δωκε, καὶ ἄλλοις δίδωσιν  
 εἰκῆ καὶ ἀβεβασίως. διὸ καὶ  
 τὸ

vides. Vides item, pri-  
 us ingressos circumire  
 quo illæ monstrarint?  
 Video hæc, inquam.  
 Sed quæ, est illa mu-  
 lier, quæ cæcæ & fu-  
 renti similis, saxo ro-  
 tundo infistit? Vocat-  
 tur, inquit, illa qui-  
 dem *Fortuna*: neque  
 cæca solum est, sed &  
 infana & furda. Ea er-  
 go quo munere fungi-  
 tur? Passim, inquit, va-  
 gatur: & aliis quod ha-  
 bent, rapit, aliisque lar-  
 gitur; iisdemque rursus  
 statim eripit quæ de-  
 dit, eaque donat aliis  
 temere & inconstanter.  
 Rectè igitur signum ejus  
 naturam declarat. Quod-  
 nam

34 ὡς περ ὄραϊς. Ὁ ραῖς καὶ τῆς  
 πρῶτον εἰσπορευομένης.] Male legi-  
 tur in Wolfiana, Ὁ ὡς περ ὄραϊς. καὶ  
 τῆς πρῶτον εἰσπορευομένης. Hanc  
 voculam in Plantiniana etiam deside-  
 rari observavit Incomparabilis Grono-  
 novius. Cæteræ editiones cum nos-  
 tra conveniunt.

35 ὡς περιάροντας.] Fortassis πε-  
 ριέρωντας, vides circumduci: vel ut  
 circumducantur: etsi περιέρωντας pro  
 περιέρωντας capere licet. Wolfius.

Ita etiam Celebrerrimus Gronovius  
 contendit debere legi.

36 Ὁ ρῶ τῆτο.] Non τῆτον.

37 Καλεῖται μὲν, ἔφη, Τύχη.  
 Vocatur, inquit, illa quidem FOR-  
 TVNA.] Apposite ad hunc lo-  
 cum is, quem laudavimus, Caselius,  
 fortunæ definitionem attulit ex Ari-  
 stotele, eamque membratim exami-  
 navit. Quam vero ea instabilis  
 sit atque incerta, docet Dio Chry-  
 sostomus Orat. 1. de fortuna, &  
 Galenus in Oratione exhortatoria  
 ad bonas artes. Nec in ejus natura  
 edifferenda infans est autor. Sene-  
 canus.

τὸ σημεῖον χαλῶς μιλῶν  
 πλὴν φύσιν αὐτῆς. Ποῖον  
 τοῦτο; ἔφλω ἐγώ. ὅπ' ὅπ' ἔ  
 φρογγύλα λιθῆς ἔφηκεν.  
 Εἶτα τί τεῖτο σημαίνει; Ὁ ἴ  
 σὸν ἀσφαλῆς, ἐδὲ βε-  
 βαία ἐστὶν <sup>38</sup> ἢ παρ' αὐτῆς  
 δόσις. <sup>39</sup> ἐκπλώσεις γὰρ με-  
 γάλα καὶ σκληραὶ γίνον-  
 ται, <sup>40</sup> ὅταν ἡς αὐτῆ πι-  
 στύση. Ὁ δὲ ὄχλος ὁ πο-  
 λὺς ἔτος, ὁ αὐτῶ  
 ἐπικῶς, τί βέλεαι, καὶ τίνες  
 χαλοῦνται; Καλοῦνται καὶ οὐ-  
 τοι <sup>41</sup> ἀπροβέβητοι. αἰ-  
 τοῦσι

nam illud? inquam;  
 Quod rotundo saxo in-  
 sistit. Id vero quid sibi  
 vult? Non tuta & fir-  
 ma ejus esse munera,  
 significat. Magnæ enim  
 & graves jacturæ fiunt,  
 cum quis ei fidem ha-  
 bet. Quid? magna illa  
 turba quæ eam circum-  
 stat, quid petit, &  
 quei vocantur? Dicun-  
 tur hi *Inconsiderati*. Sin-  
 guli vero ea petunt, quæ  
 illa abjicit. Quei ergo  
 fit,

<sup>38</sup> Ἡ παρ' αὐτῆς δόσις.] Fortuna  
 levis est: cito reposcit quæ dedit.  
 Eademque vitrea est: & cum splen-  
 det, frangitur: auctore Mimogra-  
 pho. Sic ille: momento est brevior,  
 auraque levior. *Wolffius*.

<sup>39</sup> Ἐκπλώσεις γὰρ μεγάλα.] ἐκ-  
 πίπτειν, excidere aliqua re, frustra-  
 ri spe sua, voti non fieri compo-  
 tem. *Wolffius*.

Ἐκπλώσεις μεγάλα καὶ σκληραὶ.]  
 Ἐκπλώσεις sunt lapsus, ut in dicto:  
 Tolluntur in altum, ut lapsu graviore  
 ruant. Sive frustrationes, ut ille lo-  
 quitur apud Comicum, *quanta de spe  
 decidi?* sive amissiones: atque hæc  
 iis accidunt, qui fortuna, ejusque  
 bonis, nituntur, seque iis tutos,  
 beatosque, esse autumant. *Cassellius*.

Ἐκπλώσεις. *Factura*.] Videntur  
 potius significari frustrationes; qua-  
 les sunt eorum qui præsentī fortuna  
 consili quævis sibi de illa pollicen-  
 tur, cum ea plerumque frangatur,

si quando maxime splendet, ut do-  
 cet Mimographus. Istiusmodi vero  
 homines dicuntur Epimethei, qui  
 non nisi malo accepto sapiunt, ac  
 proinde ἀπροβέβητοι, hoc est, in-  
 considerati, habentur. *Snecanus*.

<sup>40</sup> Ὅταν τις αὐτῆ πιστεύσῃ.] Non  
 αὐτῆ. *Wolffius*.

<sup>41</sup> Ἀπροβέβητοι.] Inconsiderati,  
 qui iidem sunt Epimethei. De Epi-  
 metheo est Ἡσίοδος. παθῶν δὲ τε  
 νήπιος ἔγνω, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ' ἐκ  
 ἐνόησεν. Sunt in his, quorum edu-  
 catio negligitur, qui prava educatio-  
 ne corumpuntur, qui se ad vitam  
 non parant, qui non capiunt mature  
 de suis rebus consilium, qui in pri-  
 ma ætate se non instruunt virtute &  
 consiliis, qui de incommodis vitæ  
 non in tempore cogitant, ut res ad-  
 versas vel ratione declinent, vel  
 forti animo perferant; sed contra,  
 veluti navigium sine remis & gu-  
 bernaculo fluctibus, sic se vitæ, cu-  
 jus

τοῦσι δὲ ἕκαστος αὐτῶν<sup>42</sup> ἀ-  
ρίστη. Πῶς ἐν ἑχ' ὁμοίαν  
ἔχουσι τὴν μορφὴν, ἀλλ' οἱ  
μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαί-  
ρειν, οἱ δὲ ἀθυμεῖσιν, ἐκτε-  
τακότες τὰς χεῖρας; Οἱ  
μὲν δοκῶντες, ἔφη, χαί-  
ρειν καὶ γελᾶν αὐτῶν, οἱ  
εἰληφότες πῶς δὲ τὴν  
χρησίσιν. ἔτοι δὲ καὶ<sup>43</sup> Ἀγα-  
θὴν Τύχην αὐτῶν καλεῖ-  
σιν. οἱ δὲ δοκῶντες κλαίειν,  
<sup>44</sup> καὶ τὰς χεῖρας ἐκτετακ-  
τες, εἰσὶ παρ' ὧν ἀφείλετο  
ἢ δέδωκε πρῶτον αὐ-  
τοῖς. ἔτοι πάλιν Κακὴν  
Τύχην αὐτῶν καλεῖσιν.  
Τίνα οὖν ἔστιν ἢ δίδωσιν  
αὐτοῖς, ὅτι ἔτι<sup>45</sup> οἱ  
μὲν λαμβάνοντες χαίρου-  
σιν,

fit, ut non eodem sint  
vultu; sed alii lætari,  
alii mœrere passis ma-  
nibus videantur? Qui  
lætari & ridere viden-  
tur, ii sunt, inquit, qui  
aliquid à *Fortuna* acce-  
perunt; iidemque *For-  
tunam Prosperam* eam vo-  
cant. Qui vero plo-  
rantium specie manus ex-  
tendunt, ii sunt, qui-  
bus ea eripuit quæ ante  
dederat. Hi contra,  
*Malam Fortunam* eandem  
appellant. Quæ sunt er-  
go illa quæ largitur, cum  
& ii, qui ea accipiunt,  
ita

ius spatium primum ineunt, com-  
mittunt. Est autem hæc maxima  
pars mortalium, se temeritati for-  
tunæ credentium. *Cassellius.*

<sup>42</sup> Ἀ' ἀρίστη.] Scilicet ἡ τύχη.  
Ea quæ *Fortuna* temere projicit.  
*Wolffius.*

<sup>43</sup> Ἀγαθὴν τὴν τύχην αὐτῶν καλεῖσιν.]  
Quid sit ἀγαθὴ τὴν τύχην *Aristoteles*  
φυσικ. β. cap. 5. &c. τὴν δὲ ἀγα-  
θὴν. Quæ non ita facile reddi pos-  
sunt, quando Græcis duobus modis  
dicitur, quod dupliciter significat,  
& utramque Latini uno nomine bo-  
næ fortunæ reddunt; ita & de con-  
trario. *Cassellius.*

<sup>44</sup> Τὰς χεῖρας ἐκτετακότες. Qui  
manus extendunt.] Idem supra hæ-  
buit, & significavit hæc phrasin  
gestum eorum qui mœsto sunt ani-  
mo, nisi quod addatur infra adver-  
bium πρῶτον. *Suetonius.*

<sup>45</sup> Οἱ μὲν λαμβάνοντες χαίρουσιν,  
οἱ δ' ἀποβάλλοντες κλαίουσιν.] Ταῦτα  
sunt bona fortunæ τοῖς ἀπροβλεπτοῖς,  
quibus sapientes acceptis non ef-  
feruntur, amissis non cruciantur.  
Pauci igitur sapientes, sive pruden-  
tes, sive boni viri, sive fortes. Hæc  
namque omnia iisdem conveniunt.  
*Cassellius.*

σιν, οἱ δὲ ἀποβάλλοντες  
κλαίσει; <sup>46</sup> Ταῦτα, ἔφη,  
ἃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀν-  
θρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγα-  
θά. Ταῦτα ἐν <sup>47</sup> τίνα ἐστί;  
Πλῆ-

ita latentur; & qui ad-  
mittunt, plorent? Hæc  
quæ vulgo bona censentur.  
Ea quæ sunt? Di-  
vi-

<sup>46</sup> Ταῦτα, ἔφη, ἃ παρὰ τοῖς  
πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγα-  
θά.] Unam atque alteram bono-  
rum differentiam, quæ faciunt ad  
huius loci explicationem, præmit-  
temus: ἰδιόκοις μεγάλοις lib. 1.  
Cap. 2. pag. 87. A. ἐστὶ γὰρ τὸ ἀγα-  
θὸν τὰ μὲν τιμῆ, &c. usque ad  
τὰξιν ἡμεῖς.

Quæ hoc in loco δυνάμει ἀγαθὰ  
nominat, eadem ad Eudemum l. 7.  
φύσει ἀγαθὰ. Verba hæc sunt ex  
ultimo capite: quibus etiam pro-  
bat, quæ ejus generis sunt, ea esse bo-  
na ἀγαθὸς μὲν ἐν ἐστί, &c. usque  
ad κροσμοίς. Eam divisionem in-  
primis meminisse oportet, quam  
Plato diserte tradidit in epist. ad  
Dionis propinquos, & ad eam  
omnes vitæ rationes accommodatè  
jubet: quod qui negligat, eum vel  
miseram vel turbulentam illam  
agere necesse est: qui observeret,  
quantum quisque potest, tutius vi-  
vet, & non paulo quietius. Ἄλλ'  
ὄντων τριῶν, inquit, ψυχῆς καὶ σώ-  
ματι, ἐστὶ δὲ χρημάτων, πρώτην  
μὲν τὴν τὴν ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἔχουσαν  
δεῖ. δεύτεραν δὲ τὴν τὴν σώματι  
ὕπὸ τῆς τὴν ψυχῆς κειμένην. τρίτην  
δὲ καὶ ὑσάτην, τὴν τὴν χρημάτων τι-  
μὴν, δεκτέουσαν τῷ σώματι τε καὶ  
τῇ ψυχῇ. Et Aristoteles Ethic. 1.  
eadem respiciens, idemque tradens,  
καὶ τὸ μὲν ἰκλῆς λεγομένων· τὸ δὲ  
περὶ ψυχὴν κυριώτατα λεγομένων,  
καὶ μάλιστα ἀγαθὰ. Idem ἐν ἰδι-  
όκοις μεγάλοις· ἐστὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν  
τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, ὅσων ἀρεταί. τὰ  
δὲ ἐν τῷ σώματι, ὅσων ὑγίαια, κάλλ-  
ος. τὰ δὲ ἰκλῆς, πλεῖτον, ἀρχὴ.  
τιμῆ, ἢ εἰ τι ἄλλο τὸ τοῖσιν.

Sic partiantur bona Pæripateticè  
accommodatissime & vitæ homi-  
num & rebus ipsis. Ex ea verò  
distinctione, qua alia dicuntur ani-  
mi, alia corporis, alia exteriora,  
quæ à fortuna proficiuntur, & pro-  
ficisci possunt: quorum permulte  
etiam aliter, nempe bonis artibus  
& virtute parantur. In hoc genere  
sunt.

Εὐγένεια.	ὑγίαια.
εὐτεκνία,	
πολυτεκνία	κάλλος.
πλεῖτον.	
ὑπερβία.	μείγρον.
τιμῆ.	εὐτηρία.

Hæc recensentur, Rhetor. 1. ut  
partes vitæ beatæ, cæsi sunt tantum  
secundæ tertięque classis &c. Ibi igitur  
Philosophus explicat, quæ sit  
εὐτυχία, & cujusmodi bonorum  
causâ fortuna sit, & insuper alia.  
Verba hæc sunt memoratu digna:  
quibus non hæc solum, sed & aliz  
vitæ beatæ primarię partes conti-  
nentur, nec tamen hæc repetemus  
altius. Eἰ δὲ, inquit, ἐστὶν ἡ εὐδαι-  
μονία τοῖσιν, ἀνάγκη αὐτῇ εἶναι  
μέρη, εὐγένειαν, πολυφιλίαν, χρηστο-  
φιλίαν, πλεῖτον, εὐτεκνίαν, πολυτε-  
κνίαν, εὐτηρίαν ἐπὶ τὰς τῷ σώματι  
ἀρετάς. οἷον ὑγίαιαν, κάλλος, ἰσχύ,  
μείγρον, δύναμιν ἀγωνιστικὴν· δό-  
ξαν, τιμὴν, εὐτηρίαν, ἀρετὴν, ἢ καὶ  
τὰ μέρη αὐτῶν, φρόνησιν, ἀνδρίαν,  
δικαιοσύνην, σωφροσύνην.

<sup>47</sup> Τίνα ἐστί.] Non ἐστὶ, ut paulis  
post, ἀγαθὰ. ἰσότης.



Πλῆτ' ὀφθαλμοῦ δὴ, καὶ δόξα,  
 καὶ θυγένεια, καὶ τέκνα, καὶ τυ-  
 ραννίδες, καὶ βασιλείαι, καὶ  
 τὰλλα, ὅσα τῶν τοῦ ὄφθαλμοῦ  
 πλῆσια. Ταῦτα ἐν πῶς  
 οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ; <sup>48</sup> Περὶ  
 μὲν τούτων, ἔφη, καὶ αὐτῶν  
 ἀγαλεξόμεθα. νῦν δὲ περὶ  
 τῆς μυθολογίας γενώμεθα.  
 Ἐἴτω ἕτως. <sup>49</sup> Ὁρᾶς ἐν;  
 ὡς ἂν παρέλθοις Ἰὴν πύλιν  
 ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον  
 περίβολον, καὶ <sup>50</sup> γυναῖκας  
 ἕξω τῶν περιβόλων ἐστηκίας  
 κεκοσμημένας ὡσπερ ἐ-  
 ταῖροι εἰώθασιν; Καὶ μά-  
 λα. Αὐτὰ τοίνυν, ἡ μὲν  
 Ἀκροσία καλεῖται, ἡ δὲ  
<sup>51</sup> Ἀστω-

vitiæ scilicet, gloria,  
 nobilitas, liberi, im-  
 peria, regna, & id ge-  
 nus alia pleraque. Eho;  
 nunquam ista bona non  
 sunt? De his quidem  
 alias disputabimus: nunc  
 autem explicationi fa-  
 bulæ intenti sumus. Fiat  
 ita. Vides ergo, ubi  
 portam istam præterie-  
 ris, aliud septum alti-  
 us, & mulieres extra  
 septum stantes, mere-  
 tricium instar ornatas?  
 Omnino. Harum alia *In-*  
*continentiâ* vocatur, alia  
*Luxu-*

<sup>48</sup> Περὶ μὲν τούτων καὶ αὐτῶν. ]  
 Quæ bona, quæ mala sint, in fine  
 libelli docet. Sed & Satyricus hunc  
 errorum taxat his versibus:

Omnibus in terris, quæ sunt à Gadi-  
 bus usque  
 Auroram & Gangem, pauci digno-  
 scere possunt  
 Quæ sint vera bona, atque illis di-  
 versa: remota  
 Erroris nebula. Idem.

<sup>49</sup> Ὁρᾶς ἐν, ὡς ὅταν παρέλθοις  
 τὴν πύλιν ταύτην ἀνώτερον ἄλ-  
 λον περίβολον. ] Tria septa majora  
 facit, quorum primi & tertii οἰκί-  
 ματα, hoc est constructa intra septa  
 domicilia etiam περιβόλους vocat.

Hæc neque sine pictura facile intel-  
 liguntur, & in ipsa pictura facillime  
 aberratur:

Præsertim si sis spatiis exclusus ini-  
 quis. Idem.

<sup>50</sup> Γυναῖκας ἕξω τῶν περιβόλων ἐστη-  
 κίας. ] His mulieribus depingit vi-  
 tia siue improbos mores divitum,  
 qui male educati, & perperam sen-  
 tentes, omnem felicitatem, bea-  
 tamque vitam in opibus collocant:  
 eorumque iidem vitia, qui se ad  
 fortunatos, ut simul illis bonis fru-  
 tur, applicant.

Haud facile est æqua commoda men-  
 se pati,

ut ait Poëta. Res secundæ facile pariunt contumeliam: quod etsi perpetuum non est, tamen ut plurimum ita fit, ut quo fortunatior quisquam sit, eo & contumeliosior καὶ ὑβριστώτερος, præsertim qui petulanti ingenio sint, & minus recte educati. Si qui modesti sint & boni, eos aut natura ad beneficentiam factos, aut probe educatos, aut literis emendatos in tempore fuisse oportet: etsi aliquos emendat etiam calamitas. Eam sententiam expressit Solon:

Τίμη τοὶ κέρῳ ὕβριν, ἔσται πολὺς ἔλβῳ ἐπιήλυ.

Quem versum correxit nonnihil Theognis hoc modo: fol. 14. v. 154.

Τίμη τοὶ κέρῳ ὕβριν ὅταν κακῷ ἔλβῳ ἐπιήλυ.

Ἀνθρώπων, καὶ ὅσα μὴ νόῳ ἀγρῆτι ἦ.

Vide Commentaria Græca Camerarii in hunc Poëtam, fol. 24.

Eandem & his verbis reddidit Thucydides, quæ citantur à Clemente Alexandrino. Εἰώθασιν οἱ πολλοὶ τῷ ἀνθρώπων, φησὶν, οἷς ἀν μάλιστα, καὶ δι' ἐλαχίστη ἀπροσδοκίῃτος εὐπραγίᾳ ἔλθῃ εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. Solent, inquit, multi mortalium, quibus maxime & celerime inopinata felicitas obvenit, ad contumeliam converti. Eum locum ab hoc historico sumptum Philistus sic explicavit, in altera parte iisdem pene verbis usus. τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχῆλα ἀσφαλέστερα τῷ παρὰ δόξαν καὶ κατὰ κακοπραγίαν. Εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ παρὰ δόξαν ἀπροσδοκίῃτως εὐπράσοντες εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. Ut plurimum quæ res secunda hominibus bonis rationibus obvenierunt (ut hæreditate, laboribus, & quibuscunque meritis) esse firmiores, quam quæ inopinato & maleficiis. Solent namque maxime qui præter opinionem in sperato felicitatem adepti sint, converti ad injurias. Primum præcipi-

tantur in voluptates, ac deinde rebus secundis ebrui, bonas vitæ rationes nullas vident, contra pessimæ quæque in eorum animos insinuant. Ex sunt hic depictæ mulieres, sive ut dixi vitia familiaria fortunatis, & iis, qui se ad eos applicant.

Ἀκρασία. Ἀπλησία.  
Ἀσωτία. Κολακεία.

Galenus libello de affectibus. Intemperantia & Incontinentia præ eodem vitio in vulgus usurpantur. Qui enim voluptatibus corporis deiti sunt, eos modo intemperantes, modo incontinentes nominant. Sed discernunt docti, ut revera differunt. Etenim intemperantia habitus est: incontinentia ad voluptates illius generis propensio, cui, ut velit quis, imperare nequeat tamen: præterea intemperans omni studio illud agit; incontinens, quod vitare malit, eo invitus abripitur. Adulatio est amicitiae simulatio, lucri gratia: Adulator blanditiis verborum & varii generis obsequiis alteri præsto est, ut vel pecuniâ, vel quæ præstio parantur, adipiscatur. Infatiabilitas est, cupiditatis modum non ponere, nec expleri posse iis, quæ desideres. Cupiditas est multarum rerum, ut cibi & potus, voluptatum, divitiarum, honoris, gloriæ, imperii: quorum alia necessaria sunt, alia vitæ ornamento: quæ si eoque expectantur, & conquiruntur, hoc & recte fit, & satis idipsum. Etenim si quid in necessariis desideretur, miseria, ut est, ita perhibetur. Nec enim nunc de iis agam, quæ ornamento sint, & honestæ voluptati. Qui præter utraque illa quid expetit & urget; is molestias graves induit, nec sibi quidquam amplius proficit. Frivolum porro & falsum est, quod suorum se rationem habere ajunt: cum eos, cum id agunt negligent. Nondicam, quod gravius est, quodque sive Democrati, sive Socrati tribuitur: immodicas opes animos impedire, ne agant, quæ suarum

fiat partium, quemadmodum demissa ad talos vestimenta corpus impediunt. Id ita refertur: *οἱ μὲν ποδῖρες ἐσθῆτες τὰ σώματα. ἢ δὲ ὑτίρωμεθε περισοία τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσι.* Insignis est hac de re locus apud Galenum libello de Affectibus, consideratu dignus, quo multis verbis docet, ἀπλησίαν εἶναι οἰόντι συνεχῆ τινὰ ἐπιθυμίαν ἢ ἐκ ἐπιθυμίας ἀνακαίων, ἀλλὰ περισσῶν, οἷοτε δὲ καὶ βλαβερῶν, sive quod per se noxia sunt, sive quod eorum usus nimius nocet, ut in usu elementorum ibidem docet, Affinia sunt illis συκοφανσία, διαβολή. Nominant & Latini Sycophantas, alteri dicantur Malitiosi: tertii sunt calumniatores. Sycophanta rem faciunt ex accusationibus non gravis culpæ affinium, & aliquando nullius, occasione arrepta ex re perpussilla. Malitiosi, quæcunque, utut sint dicta factaque rectissime, in sinistram partem rapiunt.

Calumniam, & quidem eam, quæ princeps est cæterarum, sic definit Lucianus in aureo libello, quo docet, non esse temere credendum calumniæ. *ἔστι τοίνυν διαβολὴ κατηγορία τις, ἐξ ἐρημίας γιγνομένη, τὸν κατηγορούμενον λελεθῆσα, ἐκ τῆ μονομερῆς ἀναντιλέκτου πεπιστευμένη.* Est ergo calumnia accusatio quarumvis ejus, qui in iudicio non comparet, quique de illa nihil cognoverit, ut ab accusatore solo allata fuit, ita accepta & credita, omni facultate respondendi ademptareo.

Cæterum ita ad exitium pergitur una cum ipsis fortunæ bonis, ut alia ex aliis vitia oriuntur, quæ ipsa quoque pro pœnis sint. Prima omnium est servitus dura & perpetua, quam illis mulieribus serviant. Hæc enim est gravissima & perpetua servitus, animi videlicet: ut prima libertas est animi libertas, quam sapientes tanti fecerunt, ut ejus retinendæ gratia quamlibet corporis servitutem, & quodvis supplicium leve daverint. Præcipitant non in levia quadam flagitia; sed in nefaria scelera, ut non levia, seque profus

indigna admittant; id enim est ἀσχημονεῖν. Sunt autem:

Ἀποσέρησις.	Furtum.
Ἱεροσυλία.	Sacrilegium.
Ἐπιουρία.	Perjurium.
Προδοσία.	Proditio.
Ἀνίξεσθαι.	Latrocinia.

Quorum nihil non capitale, nec solum illa digna suppliciis; sed per se supplicia. Pingit hic mulieres turpes, sordidas, laceris vestibus: eorum Princeps est sive mater τιμωρία, Πάνα: præter hanc λύπη, μαλίστια animi sive conscientia, quæ intime sceleratos exercuciat: item ὀδύνη, quæ nobis αἴγνια sit, quæ signis dolorem ostendit, & evulsionem capillorum: adest & ἰδυμεις Πλάνης, qui in verba & querelas erumpit: & ἀθυμία, desperatio. Quis dubitet, qui cum iis sit, quin perpetuo perierit? Id est, quod traditur ad κακοδαίμονιαν sive calamitatem, semper futurus in vitiis & miseriis. Nec vero alia est eorum conditio, qui in primo ambitu confensescunt, sive plures annos agunt. Confensescunt namque pauci, confecti vitiis & miseriis vel brevi tempore. Pereunt igitur quotquot nimium processerint. Qui enim capitalibus sceleribus se devoverunt, de iis actum fuerit in perpetuum: paucissimi in errorem forte inducti in viam reducentur, quibus forte μετάνοια, Penitencia occurrit; qui in tempore errorem, in quo sint, animadvertant. Id profecto divinum beneficium est, & divinitus, vel, quemadmodum Plato loquitur, θεῶν ἰσχύϊ fieri existimandum. Vix millesimus quisque in viam redit: sed si qui redeunt, eorum animos penitentia non afficit solum, sed & quasi manu prehensos à devia semita in rectam, aut rectæ propiorum ducit: sive, ut picture insistamus, ducit aut recta ad ὁρθὴν παιδείαν aut ad ψευδοπαιδείαν. Qui illi traduntur, salvi sunt; qui huic, de iis aliquid bonæ spei, necnullus tamen metus. In primo ambitu

sunt improbi; in secundo non satis probi, etsi in ipsis est, quod probes: errant in hoc maxime, quod suis artibus omnia adscribunt, & sese iis beatos somniant, cum tamen eorum plerique iisdem affines vitii sunt, quibus ipsi perierant. Illic principatum obtinent fortuna bona; hic dominantur bona ingenii: quæ suapte natura illis præstant, quanto præstantiora sunt animi bona bonis exterioribus. Exteriora enim bonis etiam corporis inferiora sunt, nec cum iis ullo modo comparanda, nedum cum multo maximis, omniumque primis. Etsi enim in hoc ambitu sunt quidam, qui ex primo ambitu mala secum adferunt, & aliquamdiu fovent; tamen nihil vetat, quo minus illis repudiatis, vel meliore studio exclusis ex hoc medio in tertium cum suis artibus transcant, & ascendant denique salutis arcem. Dum in suis septis manent, expertes manent *σοφαιμονίας*. Id quemadmodum in singulis animadvertendum sit aperimus.

Primi sunt Poëta. Quid igitur de his sentiendum? idemne de omnibus? In hoc idem, quod nemo eorum calcet salutis ardua, quoad Poëta; sed si quis, quod is idem alius, & multis rebus præstantior. In cæteris aliud de aliis sentiendum. Infimæ notæ sunt, & in iis pessimi, quamvis optimi poëta, qui nihil nisi delicias agunt, & quasi Sirenes lectorem in omne genus fœdarum voluptatum vocant: æque mali, qui bonis & virtuti convitium faciunt. Contra boni, sive utiles potius, qui virtutem & bonos laudant, & quasi iter ad virtutem sterunt, etiamsi ipsi non profus viri boni. Hoc spectantur legumlatores, ut comædiis & tragædiis theatra aperirent, ut spectatores de vita hominum, & de Virtute quoque docerentur. In iis primus est Euripides, qui propterea *Theatricus Philo-sophus* dictus fuit: quod forte movit Aristophanem, ut ei præ omnibus malediceret. Sed iidem poëta

& nocent & juvant: quod primum Argumentum Platonis est adversum poëtas: quando & bonos & malos, & bona & mala imitantur, cum aliis, tum ipse Homerus: qui tamen, si recte usurpemus, magister virtutis esse negari non potest, dici recte potest. De puris item poëtis, ut Philosophis exempla non habemus: quum ipsi, qui versibus vitam informare professi sunt, miscuerunt parum sibi consentanea, ut ipse etiam Theognis, in quem tamen irrepererunt alia multa. Ergo è Philosophia interpretandi sunt, ut in societate hominum usui sint. Illustris est locus apud Dionem de Regno, ubi narrat, quos Poëtas contempserit, quos in pretio habuerit Alexander. Pulcra sunt, & digna consideratione l. 2. de regno, in quo ita sermonem Philippus cum filio instituit. *διὰ τί ποίε, ὦ παῖ, σφῆδρα ἕτοις ἐμπίπληξαι τὸ Οὐρανὸν, &c.* usque ad illa verba fol. 41. *ἀγομαι*. Haud alia ratio est Oratorum, quorum cum sit dicere ad persuadendum idonea, & tonare verbis, non utuntur omnes arte sua ad salutem publicam: non solum, non constituunt civitates, sed etiam evertunt. Non sunt igitur Oratores, quos querimus, qui nec ipsi ejusmodi beati videlicet, nec tales efficere alios laborant. Ad rem nihil facit, quod admirationi sunt: nec tamen nisi ad vulgus. Non placuit paucis in exercitu Thestites, laudetur tamen Vlyssis orationis flumen: item Menelai brevisitas, qui tamen omnia dicebat ad rem: & suum locum tenet Ægyptius in senatu Ithacensium,

Ὅς δὴ γῆραϊ κυρὸς ἔην καὶ μυρία ἦδη,

principem vero Nestor:

Τὸ καὶ ἀπὸ γλάωνος μίλιτ' ἔγλυκίαν ἔβην αὐδῶ.

cujus similes in senatu optat sibi decem Agamemnon. Igitur quoad

ora-

ἡ δὲ Ἀσωτία, ἢ δὲ Ἀπληγία,  
ἢ δὲ Κολακεία. Τί ἔν ᾧ δὲ  
ἐστὶ χάσιν αὐτῶν; ὡς ἔπι-  
ρῶσιν, ἔφη, τὰς εὐληφά-  
τας ἢ παρὰ τῆς Τύχης.  
εἶτα τί; Ἀναπιδῶσι, ἢ  
συμπλέκον αὐτοῖς, καὶ  
κολακίβουσι, καὶ ἀξιοῦσι  
ἢ παρ' αὐταῖς μένειν, λέ-  
γασαι ὅτι βίον ἔξουσιν ἡ-  
δυνῶν, ἢ ἀπονον. ἢ κακο-  
πάθειαν ἢ ἔχοντα ἐδεμίαν.  
Ἐὰν ἔν τις ἢ παιδῶν ἢ ὡς  
αὐτῶν εἰς τὴν ἡδυπάθειαν,  
μέχει μὲν ἢ ἡδεῖα δο-  
κεῖ εἶναι ἢ ἀλατρίβη, ἔως  
ἂν γαργαλίῃ τ' ἀνδρω-  
πον,

*Luxuria*; alia *Assentatio*.  
Quid ergo heic astant  
istæ? Obiervant eos qui  
aliquid à Fortuna acce-  
perunt. Quid tum? Ex-  
ultant, & cos ample-  
ctuntur, & adulantur:  
utque apud se manere  
velint, postulant: ac  
vitam eis pollicentur sua-  
vem, otiosam, & o-  
mnis expertem molestiæ.  
Quod si quis eis obte-  
curus, delicias amplexus  
fuerit: ei jucundâ vide-  
tur ad tempus illa vitæ  
ratio, dum hominem  
quasi titillarit; cum re-  
vera talis non sit. Ubi  
enim

orator, quisque horum in secundo  
ambitu locum habet. Neque tamen  
dicendi ars negligenda est, etiam si  
id, quod primum est, non habeat,  
neque præstet; cum sit in vita &  
utilis & necessaria, & instrumen-  
tum Politicæ proprium; ut illa ipsa  
sæpe esse visa fuerit pene eundem ha-  
bitum gerens. *Caselius.*

51 Ἀσωτία. ] Non ἀσωτία.  
Prodigalitas. *Wolfius.*

Occurrit hic vox Ἀσωτίας. cuius  
sensum non expressit interpres;  
quin eam reddere neglexit; nam  
vox *LUXURIAE* potius referenda  
est ad ἀπλησίαν, quæ quod expleri  
nesciat, sic dicta est. Id vero ἀσω-  
τίας vitium ex compluribus tantum  
non vitis est constat: ut unica  
etiam voce Latina haud facile ex-  
presseris. Quippe totalem includit

à virtute defectionem, adeo ut ea  
laborantes servari non posse videan-  
tur. Ea est Græca vocis ἐπιέργεια.  
Video tamen, & *luxuria* voce in  
Latino explicari. Tribuitur vero illi  
vitii filio prodigo, Luc. 15. v. 13.  
ubi propemodum habes παραλλη-  
λισμὸν huius loci. Vide, si placet,  
ad hunc locum sese diffundentem  
*Casellium*, *Specianus*.

52 Παρ' αὐταῖς μένειν. ] Fortassis  
αὐταῖς, aut est ἀντίπρωσις. *Wolf-  
fius.*

53 Ἐχοντα ἐδεμίαν. ] Malim  
μεδεμίαν, ut concursus vocalium vi-  
tetur. *Idem.*

54 Παιδῶν (non παίδων) ἢ  
αὐτῶν εἰς τὴν ἡδυπάθειαν. ] Nisi  
verbum aliquod deluerit, rarior con-  
structio videbitur. *Idem.*

πον, εἴτ' ὄκ' ἔστιν. <sup>55</sup> ὅταν γὰρ ἀνανήψῃ, αἰσθάνομαι <sup>56</sup> ὅτι ὄκ' ἠσθίεν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς κατηδιέτο, καὶ ὑβρίζετο, διὸ καὶ ὅταν ἀναλώσῃ πάνθ' ὅσα ἔλαβε παρὰ τῆς Τύχης, ἀναγκάζει <sup>57</sup> ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάνθ' ὑπομένειν, καὶ ἀσχημονεῖν, καὶ ποιεῖν ἕνεκεν τούτων ὅσα ἐστὶ βλαβερά. οἶον, ἀποστρεφεῖν, ἱεροσυλεῖν, ἔπιπροσκεῖν, παροδιδόναι, ληΐζεσθαι, καὶ πάνθ' ὅσα τέτοις παρὰ πλῆθυσιν. <sup>58</sup> ὅταν ἐν πάντῃ αὐτοῖς ἀπολείπῃ, παρὰ δίδον τῇ Τιμωρίᾳ. Ποία δέ ἐστιν αὕτη; Ὁραῖς ὀπίσω τί αὐτῶν, ἔφη, ὥσπερ θυεῖον μικρὸν, καὶ τόπον φρονίονα, καὶ σκο-

τει-

<sup>55</sup> ὅταν γὰρ ἀνανήψῃ. *Vbi enim resipuerit.* ] Ad verbum, ad sobrietatem redierit; nisi malimus dicere *evigilaverit*. Est enim prægnaus verbum, ut loquuntur Grammatico-cum filii, quod hic usurpat author, cujus rhéma est ἀνανήψω evigilo, sobrius fio. *Snecanus.*

<sup>56</sup> ὅτι ἐκ ἠσθίεν ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς. ] Dixit prius ὅτι ἠσθίεν δικεῖ εἶναι ἢ διαλεῖ. nihil de cibo. Videtur legendum ἠσθίεν non ἠσθίεν. Cogit ἔσθωτορ. Oppositio plenior, si τὸ

enim resipuerit, se noui comedisse, sed ab iis, & comesum, & contumeliose tractatum esse, sentit. Itaque jam consumptis iis quæ à Fortuna acceperat omnibus, mulieribus istis seruire cogitur, & omnia peripeti indecoreque se gerere, & propter eas quævis perniciofa in se admittere: cujufmodi sunt, fraudare, fana spoliare, peierare, prodere, latrocinari, cæteraque his consimilia. Sed cum eos hæc omnia defecerint, traduntur Pœnæ. Qualis ea est? Vides à tergo eorum aliquid fenestellæ simile, & locum quen-

dam

ἠσθίεν retineatur. Arabs ab αἰσθάνομαι deduxisse videtur: aut certe verbum inde deductum reperisse. *Ca: faubonus.*

<sup>57</sup> Ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν. *Salmasiana* absque articulo: Ταύταις γυναιξὶ δουλεύειν.

<sup>58</sup> ὅταν ἐν πάντῃ αὐτοῖς ἀπολείπῃ. ] Malim αὐτὸς ἐπιλείπῃ, ut *Hocrates* in *Paranese*: ἐπιλείπῃ δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, &c. *Wolfius.*

τειών; Οὐκ ἔν χ' ἡ γυναι-  
 κες αἰχραὶ, χ' ῥυπαραὶ,  
 καὶ ῥάκη ἡμφιεσμένα  
 δοκοῦσι σιωεῖναι; Καὶ  
 μάλα. Αὐτὰν τοίνυν,  
 ἔφη, ἢ μὲν τὴν μάστιγα  
 ἔχουσα, καλεῖται Τιμω-  
 ρία· ἢ δὲ τὴν κεφαλὴν  
 ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα,  
 Λύπη· ἢ δὲ τὰς τεύχας  
 πύλωσα ἑαυτῆς, Οἰδμή.  
 Ὁ δ' ἄλλ' ἔστ' ὁ πα-  
 ρεθικῶς αὐταῖς, δυσειδής  
 ἡ χ' λεπὸς, χ' γυμνός, χ'  
 χ' ταῦτά ἡς ὁμοία αὐτῶ,  
 αἰχραὶ, χ' λεπὴ, τίς ἐστίν;  
 Ὁ μὲν Ὀδυσεὺς καλεῖ,  
 ἔφη· ἢ δὲ ἀδελφὴ αὐτῆς  
 Ἀθύμια· τέτοις ἐν πα-  
 ραδίδοι, καὶ μὲν τέτων  
 συμβοῖ πικρῶν.  
 εἶτα πάλιν ἐνταῦθα εἰς  
 ἕτερον οἶκον ῥιπέλαι, εἰς τὴν  
 Κακοδαμονίαν, καὶ ὧδε τ'  
 λοιπὸν βίον κατατρέφει  
 ἐν πάσῃ κακοδαμονίᾳ,  
 ἢ ἂν μὴ Μετάνοια αὐτῶ  
 ἴπῃ

dam angustum & tene-  
 brosum? Atque etiam  
 mulieres quædam fœdæ,  
 & sordidæ, & pannis  
 oblitæ, ibi esse viden-  
 tur? Omnino. Ea igitur  
 quæ flagellum tenet,  
*Pœna* dicitur: Quæ  
 caput ad genua demit-  
 tit: *Mæstitia*: Quæ ca-  
 pillos evellit, *Ærumna*.  
 Alius vero quidam, il-  
 lis qui astat, deformis,  
 extenuatus, & nudus,  
 ac post eum mulier  
 quædam, ei similis, de-  
 formis, & tenuis, qui-  
 nam sunt? Ille qui-  
 dem, inquit, *Luētus*  
 vocatur: ejus vero fo-  
 ror, *Desperatio*. His igitur  
 traditur, & cum his  
 in cruciatibus vitam agit.  
 Deinde rursus in aliam  
 domum conjicitur, *In-  
 fœlicitatis*; ubi, quod re-  
 liquum est ævi, in o-  
 mni miseria exigit, nisi  
 ei *Pœnitentia* forte for-  
 tuna occurrerit. Quid  
 tum

59 Ἐν μὴ μετάνοια αὐτῶ ἀπὸ τῆς  
 τύχης συναντήσῃ. Fortassis ἀπὸ  
 τύχης, idem quod κατὰ τύχην,  
 forte fortuna ἀπὸ τῆς τύχης videtur

significare, pœnitentiam à Fortuna  
 interdum obviam mitti afflictis.  
 Sed sensus eodem recidit utroque mo-  
 do. *Idem.*

Ἄπο τῆς Τύχης σιμωνιήση. Εἶτα τί γίνεσθαι; Ἐὰν ἡ Μετανοία αὐτῷ σιμωνιήση, ἐξαίρη αὐτὸν ἐκ τῶν κακῶν, καὶ σωίσησιν αὐτῷ ἑτέραν Δόξαν καὶ Ἐπιθυμίαν, τὴν εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἄγουσαν, ἅμα δὲ καὶ τὴν εἰς τὴν Ψευδοπαιδείαν καλεσθεῖσαν. εἶτα τί γίνεσθαι; Ἐὰν μὲν Φησὶ, τὴν Δόξαν ταύτην προσδέξῃ)\*, τὴν ἄγουσαν αὐτὸν εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, καθάρσει ὑπὸ αὐτῆς σώζεται, καὶ μακάριον καὶ εὐδαίμων γίνεσθαι ἐν παντί τῷ βίῳ· εἰ δὲ μή, ὅτι πάλιν πλα-

tum fit? *Pœnitentia*, ob viam ei facta, ex istis malis eum eripit, eique *Opinionem* aliam, & *Cupiditatem*, ad *Veram Eruditionem* perducturam, inferit; unaque eam, qua ad *Falsi nominis eruditionem* perveniat. Quid tum fit? Siquidem, inquit, eam opinionem comprehenderit, quæ ipsum ad *Veram eruditionem* perducatur, ab ea purgatus servatur: & omnis calamitatis expers, ac beatus omne tempus ætatis degit: sin minus, de-

Ἄπο τῆς τύχης.] Caselius à *Fortuna*: quod melius quam ut hic forte *fortuna*. Est autem *Fortuna* apud multos qua Græcos, qua Latinos scriptores, plane idem quod *Deus*: aut *providentia Dei*: quod alibi multis exemplis ostendimus; interdum una eademque periodo; *Fortuna* & *Deus*: aut *divina providentia*; *synonyma*. Hierocles τῇ ἐπιστολῇ ἐπιπλοκῇ τῆς γόμης (fati:) πρὸς τὴν προαίρεσιν, ἣν δὲ τύχην καλεῖμεν. Apulejus: Sed nimium nihil fortuna tenente licet homini nato dexterum provenire: nec consilio prudenti, vel remedio sagaci divina providentia fatalis dispositio subverti, vel reformari potest. Casaubonus.

ὅτι πάλιν πλατῶνται ὑπὸ τῆς ψευδοδείας.] ψευδοδεία: legem-

dum (ut Clemens, Νικῆ μὲν ἀλήθεια, ψευδοδεία δὲ καταλύεται) ac potius ψευδοπαιδείας, nam de ea tantum hic agitur. Cum Cebece Plato consentit Epistola ad Aristodorum, cujus verba adscribere visum est. τὸ βίβριον, καὶ πιστὸν, καὶ ὕμνιον. τῶτο ἐγὼ φημι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν· τὰς δὲ ἄλλας τε, καὶ εἰς ἄλλα τεινέσας σοφίας τε καὶ δεινότητας, κομψότητας διμαί προσαγορεύων, ἰσθῶς ἰνομάζειν. Hoc est: Constantiam, fidem, integritatem, veram philosophiam esse judico. Cæteras autem & alio spectantes scientias & artes, elegantiam quandam & venustatem si dixerō, recte sic dicere arbitrabor. Et alibi: πάντα ἐπιστήμη χαρίζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀλλῆς ἀρετῆς, παιγνῶ-



πλαῖστα<sup>61</sup> ὑπὸ τῆς Ψευδοδοξίας. Ὡς μέγας ὀκύνδω ἄλλο ἔστ<sup>62</sup>; ἢ δὲ Ψευδοπαιδεία, ποία ἐστίν; ἔφω ἐγώ. Οὐχ ὅρα<sup>63</sup> τ' ἕτερον πείσολον ἐκείνον; Καὶ μάλα, ἔφω ἐγώ. Οὐκ ἔν ἔξω τῆς πείσολος πρῶτ<sup>64</sup> τὴν εἰσοδὸν γυνή τις ἔστηκεν, ἢ δοκεῖ πάνυ χαρὰ, καὶ ἔτακτο εἶναι; Καὶ μάλα. Ταύτῃ τὸν οὐ πολλοὶ<sup>65</sup> καὶ εἰκαῖοι τ' ἀνθρώπων, Παιδείαν καλεῖσιν. Οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ Ψευδοπαιδεία, ἔφη. οἱ μὲν τοι σοζόμενοι, ὅπου ταν βέλωνται εἰς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν ἐλθεῖν, ὡς πρῶτον πρῶτ<sup>66</sup> γίνονται. Πότερον ἔν ἄλλῃ ὁδῷ οὐκ ἔστιν

denuo à Falsi nominis eruditione seducitur. Pro Jupiter, ut ingens est, & alterum hoc discrimen! Qualis vero, inquam, est *Falsi nominis eruditio*: Nonne vides, inquit, alterum illud septum? Utiq̄ue, inquam. Extra id septum, juxta vestibulum, stat mulier quædam, quæ valde munda & composita esse videtur. Eam vulgus, & vani homines, Eruditionem vocant; cum ea non sit, sed Falsi nominis eruditio. Ad hanc igitur ii, qui servandi sunt, & ad veram eruditionem perventuri, huc primum divertunt. Numquid ergo alia via nulla est, quæ ad Veram eruditionem

νεργία, ἢ σοφία φαίνεται. Hoc est: Omnis scientia quæ remota est à justitia, cæterisque virtutibus, calliditas potius quam sapientia est appellanda. Wolfius.

61 ὑπὸ τῆς Ψευδοδοξίας. ] Ita omnes habent editiones: sola Casaliana ὑπὸ τῆς Ψευδοπαιδείας.

62 Καὶ εἰκαῖοι τ' ἀνθρώπων. ] Casel. non de vulgo homines: quod quamvis quidam, quibus Græca nunquam inspecta, laudent: excusari tamen aliter non potest, nisi dicamus Ca-

selium: ἢ εἰκαῖοι (qui tamen aliter ipse edidit.) reperisse: vel certe verum ita esse (de quo tamen nihil in Notis:) judicasse. Sed repugnat τὸ οἱ πολλοὶ, quod præcessit. Casaub.

Εἰκαῖοι τ' ἀνθρώπων. Vani homines. ] Melius alius interpres; quidam non de vulgo homines. Videtur significare id genus mortalium, in quos præsumptio non cadit quod errent, quales sunt quos postea seriatim enumerat. Specanus.

ἐπὶ τῷ ἀληθινῷ  
 Παιδείαν ἄγνοσα ; Ἐπὶν,  
 ἔφη. Οὗτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι  
 οἱ ἔσω τῷ ἀεὶδῶν  
 ἀναχάμπτοντες, τίνες εἰ-  
 σὶν ; <sup>63</sup> Οἱ δὲ Ψευδοπαι-  
 δείας, ἔφη, ἔρασαί, ἠπα-  
 τημένοι, οἰόμενοι μὲν δὲ  
 ἀληθινῆς παιδείας σω-  
 μεῖν. Τίνες ἐν καλῶν  
 ἔτοι ; Οἱ μὲν ποιηταί, ἔφη,  
 οἱ δὲ Ρήτορες, οἱ δὲ <sup>64</sup> Δια-  
 λεκτικοί, οἱ δὲ <sup>65</sup> Μυσικοί,  
 οἱ δὲ <sup>66</sup> Ἀριθμητικοί, οἱ δὲ  
 Γεωμέτραι, οἱ δὲ Ἀστρο-  
 λόγοι

tionem ducat? Est, in-  
 quit. Isti vero homi-  
 nes, qui intra septum  
 obambulant, qui sunt?  
 Falsi nominis eruditio-  
 nis amatores, inquit,  
 decepti, atque opinan-  
 tes, se Veræ eruditio-  
 nis frui consuetudine.  
 Quibus ergo nominibus  
 appellantur isti? Alii  
 Poætæ, inquit, alii O-  
 ratores, alii Dialectici,  
 alii Musici, alii Arith-  
 metici, alii Geometræ,  
 alii

<sup>63</sup> Οἱ δὲ Ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἔρασαί, ἠπατημένοι.] Ita omnes quas vidi editiones: Salmasianæ editionis præfectus à vulgata lectione recedens legebat male: Οἱ δὲ Ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἔρασαί, καὶ ἠπατημένοι. Vocula enim conjunctiva καὶ hoc loco redundat.

<sup>64</sup> Διλεκτικοί.] Διλεκτικοί. quot modis dicantur, & quis usus artis, quæ necessitas, longius foret explicare, & ad alium locum magis proprie pertinet. Proprie Dialectica est, cui respondet demonstratio; alii usurpant improprie pro Logica, cujus proprie non nisi pars est: & ipsam facultatem differendi nominamus, qua qui præditi sunt, dicuntur & ipsi Dialectici, quos hoc loco intelligimus. Divinum sane bonum, videte rationes, quæ in utramque partem faciant, & ad veritatem eruendam pernecessarium: quo qui præditus sit, magnum etiam ad spæcium recte

perficiendum. Namque secundum Platonem, & *Dux & hominibus ad bona dux est veritas.* Nec ignorandum, sæpe Platonis esse Dialecticum, ipsum sapientem. *Cassellius.*

<sup>65</sup> Μυσικοί.] Plato opponit μουσικὴν καὶ γυμνασικὴν: & Pythagoræ, & nominatim Timæus, ipsam Philosophiam Musicam appellat. Qui autem voce, fidibus, tibiis canunt, & mitifica suavitare regum, fortunatorumque hominum non aures solum, sed etiam animos demulcent, ut ille apud poëtam θεοῖς ἐναλίγκιοι ἀδῶν; felicitate alios impertunt, & tamen adhuc veris bonis vacant, & interdum toto cælo à beatitate absunt. *Idem.*

<sup>66</sup> Ἀριθμητικοί, γεωμέτραι, ἀστρολόγοι.] Huc refer, quod Aristippus censuit apud Diogenem Laërtium lib. 2. τὸς τῶν ἐσκευῶν παιδευμάτων μετασχόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας, ὁμοίως ἔλεγεν εἶναι τοῖς τῶν Πανελόπις κηισῶσι, καὶ γὰρ ἐκεί-  
 185

λόγοι, οἱ δὲ <sup>67</sup> Ἡδονικοί,  
οἱ δὲ <sup>68</sup> Περιπατητικοί,  
<sup>69</sup> οἱ δὲ Κριτικοί. Καί ὅσοι  
ἄλλοι

alii Astrologi, alii Vo-  
luptarii, alii Peripate-  
tici, alii Critici, cæte-  
rique

νες, Μελανθῶ μὲν καὶ Πολυδώραν,  
καὶ τὰς ἄλλας θεραπαινὰς ἔχειν.  
πάντα δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δίσπει-  
ναν δύνασθαι γῆμα. Quis disciplinas  
encyclias sibi comparassent, neque  
Philosophia, eos similes esse ajebat pro-  
cis Penelopes. Habere enim ipsos Mel-  
lantho & Polydoram, & ancillas alias,  
& quavis potius ducere posse, quam  
ipsam Dominam. Idem.

Arithmeticos Caselius in Græco  
textu præterivit, cum tamen in ver-  
sione justum locum obtineant.

67 Ἡδονικοί.] Ἀπὸ τέλους ἢ δια-  
θέσεως. Caselius.

68 Περιπατητικοί.] Ἀπὸ συμ-  
πτωμάτων. Lege Proœmium Dio-  
genis Laërtii, ubi traduntur plera-  
que, & Galen. in historia Philosoph.  
Idem.

69 Κριτικοί.] Ut Aristoteles, qui  
Iliada correxit Alexandro, ut Ari-  
starchus, & hujus sæculi plures qui-  
dam perridiculi.

Nec enumerantur omnes; sed ad  
eosdem referuntur tamen hi quo-  
que: etsi neque sic omnes numera-  
bimus:

Ζωγράφοι.

Ἀνδρειαντοποιοί.

Ἀρχιτέκτονες.

Φιλοθεάμονες sive φιλόσοφοι, quo-  
rum princeps celebratur Ulysses,  
qui

Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστα καὶ  
νόον ἔγνω.

Ἱστορικοί.

Νομικοί.

Πολύγλωττοι.

Πολυμαθεῖς.

de quibus apud Platonem est hic  
versus:

Πᾶν μαθημοσύνη τῆς ἐκγεώτερον  
ἐστίν.

De his autem & nonnullis superio-  
ribus insignis locus est 4. libro de  
Regno apud Dionem Chryso-  
stomum, ubi inducit Diogenem disse-  
rentem cum Alexandro fol. 124.  
Ἡ σὺ οἶδ', inquit Diogenes: τὴς  
σοφιστὰς εἶναι, τὴς διδάσκοντας βα-  
σιλεύειν, &c. usque ad illa verba  
fol. 128. παρὰ τοῖς καταδαίμοσι  
σοφιστὰς, id est: An tu artem  
regnandi à Sophistis esse expetendam  
dicis? At multi ex his non solum non  
gubernandi, sed ne vivendi quidem  
artem noverunt. An nescis, discipli-  
nam esse geminam, alteram divinam,  
alteram humanam? Divina magna  
est, & firma & facilis. Humanā  
exigua, imbecillis, plena periculo-  
rum, & vanitatis habet non parum;  
sed illa tamen ad priorem recte adjun-  
gitur. Hanc multi disciplinam nomi-  
nant (& puto esse disciplinam) qui-  
que multas Persicas, Græcas, Syriacas,  
& Phœnicias artes didicerit, libros  
plurimos collegerit, hunc sapientissi-  
mum, & plane doctissimum arbitran-  
tur. Idem si forte in improbum quem-  
piam, timidum, aut avarum incide-  
rint, rem contemnendam, & homi-  
nem nullius pretii judicant. Alteram  
vero, interdum disciplinam, inter-  
dum fortitudinem, & animi excellen-  
tiam nominant: atque ita misso vul-  
gato disciplina nomine, veteres illi ni-  
hilominus eos, quibus bona educatio  
obtigisset, quique animi fortitudine  
præditi essent, educatos disciplina ap-  
pellabant, ut Herculem illum: sed ta-  
men qui hac disciplina præditus est,  
etiam alterius facile potest fieri parti-  
ceps, si pauca saltem audit, & illis  
maximis & potissimis initiatus fuerit,  
& ea intimis sensibus custodierit: à  
quibus nullum ipsum neque tempus,  
neque homo, neque Sophista facile, ne  
quidem igne combusturus, deduxerit.  
Quin etiam si quis hominem cremare  
velis,

ἄλλοι τούτοις εἰσὶ τῶν  
πλήσιον. 7<sup>o</sup> Αἱ δὲ γυναί-  
κες

rique horum non diffi-  
miles. Mulieres vero il-  
læ,

velis, uti Herculem tradunt, seipsum combussisse; tamen hererent in monte præcepta, non minus, quam hominum combustorum ajunt dentes manere, reliquis membris igne absumptis omnibus. Non enim discere, saltem recordari opus est, postea continuo novit & intelligit, quod ab initio præcepta illa complexus est animo. Præterea, si in virum quempiam incideris, ceu gratum via, ab eo sine labore ullo informari, citoque expediri poterit. Sin cum Sophista ignaro & superbo egerit, hic cum circumducit, modo in Orientem, modo in occasum, modo in Septentrionem: ipsemet ignarus omnium; sed opinionem tantum Sapiens, ut qui olim ab hujuscemodi ostentatoribus in errorem inductus sit: ut enim imperiti & indomiti canes in ipsa venatione non solum ipsi nihil intelligunt, nec indagare possunt; sed latratu suo, & ipsa specie accipiunt alios: qui hos visos frequenter clangentes temere sequuntur: ex his muti alii sunt, nec quicquam vocis amittunt; sed sibi decipiuntur: alii petulantiores multo, magisque stulti, illos priores imitati tumultuantur, & alios in fraudem conantur impellere. Idem inter Sophistas quos dicunt, deprehendas, multitudinem concomitantem hominum insipientium, ut parum omnino inter Sophistam & Eunuchum lascivum intersit. Hoc audito, mirari Alexander, & querere: cur Sophistam cum Eunucho contulisset, Ille contra: Eunuchos, ajunt, viros omnium libidinosissimos esse, & amatores mulierum: cum quibus & concumbere, & eas fatigare; sed præterea nihil fieri affirmant, si vel dies integras noctesque cum iis rem habeant. Eodem modo multos apud Sophistas nihilo prudentiores factos, consensuisse, invenies: multo miserius in errorem circumductos sermonibus, quam Vlysssem in mari errantem inducit Homerus. Antea quidem inferi advennâ ferent,

quam audiendo & dicendo bonus existeret. Tibi vero; cum talis sis, si intelligentis viri data potestas fuerit, vel una dies ad cognitionem rerum, & artibus sufficeret: nec quicquam subtilibus Sophismatibus, aut sermonibus opus esset. Sin nec Iovem præceptorem, nec alium quempiam ad dicendum res necessarias idoneum paratumque nactus fueris, nihil proficies, si vel tempus vite omne, vigilando & esuriendo apud Sophistas illos infelices, ætatemque consumseris. Idem.

Oi δὲ Κριτικοί. Alii Critici. ] Tales dicebantur olim qui libris emendandis incumbabant, & in iis τὰ γνήσια ab adulterinis distinguebant; hæc obelo configentes. Sic Aristoteles in gratiam Alexandri Magni cortexit Iliada Homeri. Talis fuit Aristarchus Grammaticus, & hujus sæculi non infeliciter huic studio operati. Snecanus.

7<sup>o</sup> Αἱ δὲ γυναῖκες. ] Non sunt contemnendi, qui in secundo septo sedes suas habent. Neque enim toti sunt demersi in voraginem vitiorum; sed iisdem nihilominus obnoxii sunt: tamen aliqua spe è paucis malis emergendi, cum de prioribus prorsus desperatum sit. Conficiantur, quamdiu ibi morantur, cum Incontinentia, quæ neminem sinit sapere, & cum cæteris vitiis. Opinionibus quoque prioribus sunt dementati, & inscitia mancipati: tantisper enim, dum quis opinatur, à vero aberrat, & ab inscitia se non vindicavit. denique opinto inscitia est, & inscitia. Ubi autem falsæ opiniones ut de gloria, honoribus, divitiis, genere, forma, viribus, & cæteris fortunæ bonis; ibi earum renim nimio & perverso studio homines intemperantiæ, avaritiæ, injustitiæ, quibusque vitiis dediti sunt, student. Contra, si de illis rebus vere sentirent, & recte statuerent,

κες ἐκείνων αἰδοκῶσαι πε-  
 ειπέχειν ὁμοίαι ταῖς πρώ-  
 ταις, ἐν αἷς ἔφησιν εἶναι τὴν  
 Ἀκρασίαν, καὶ αἱ ἄλλαι αἰ-  
 μεῖ αὐτῶν, τίνες εἰσὶν;  
 Αὐταὶ ἐκείναι εἰσιν, ἔφη.  
 71 πότερον ἐν καὶ ὡδε εἰσπο-  
 ρθῶν; Νὴ Δία καὶ ὡδε,  
 σπανίως δὲ, καὶ ἐχέωσπερ ἐν  
 τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. πό-  
 τερον ἐν καὶ αἱ Δόξαι; Ναί,  
 ἔφη. ἐπὶ μὲν γὰρ καὶ ἐν τέ-  
 τοις τὸ πόμα, ὃ ἔπιον ὡς  
 ἔ A'πάτης, καὶ ἡ Ἀγνοία  
 μέν, Νὴ Δία, καὶ μεῖ αὐτῆς  
 γὰρ ἡ Ἀφροσύνη. καὶ ἐμὴ  
 ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτῶν ἔσθ'  
 ἡ Δόξα, ἔσθ' ἡ λοιπὴ Κα-  
 χία, μέχρως ἀν' 72 ἄπο-  
 γνόντες τὴν Ψευδοπαιδείας,  
 εἰσέλθωσιν εἰς τὴν ἀληθι-  
 νὴν ὁδόν, 73 καὶ πῖωσι τὴν τέ-

τε

læ, quæ circumcurfa-  
 re videntur, primis si-  
 miles, inter quas esse  
 dicebas *Incontinentiam*, &  
 reliquas illius socias,  
 quænam sunt? Illæ ipsæ,  
 inquit, sunt. Num quæ  
 ergo & huc ingrediun-  
 tur? Et huc medius fi-  
 dius, sed raro: nec ita  
 frequenter, ut in prima  
 septum. Numquid ergo  
 & Opiniones? Næ, in-  
 quit, nam & in his etiam  
 num Poetio, ab Impositura  
 propinata, & Ignoran-  
 tia, manet: atque etiam  
 mehercule, una cum  
 ea, Amentia. Neque vero  
 ab eis vel Opiniones vel  
 cætera vitia recedent, do-  
 nec, repudiata Falsi no-  
 minis cruditione veram  
 ingressi viam, purgatri-  
 cem istarum rerum vini

bi-

referrent se totos à vitiiis ad virtu-  
 tes. Non possunt autem, donec  
 sunt sub disciplina pseudopædiz,  
 quæ magistra quidem eximia est, &  
 in admiratione multorum, nec à  
 bonis prorsus contemni debet, nec  
 potest; sed hoc ipsa neque tenet,  
 neque docet, quod vera disciplina,  
 sive veritatis magistra, quæ aliud  
 habet collegium, & alibi sedem  
 fixit, ad quam quæ via ducât, despi-  
 cendum sive querendum est. Res

enim magni momenti, imo id, in  
 quo cuiusque salus vertitur. *Cas-  
 lius.*

71 Πότερον ἐν καὶ ὡδε. ] Non ε.  
*Wolfius.*

72 Ἀπογνόντες τῆς ψευδοπα-  
 δείας. ] Desperata ope falsa doctri-  
 næ: vel ea rejecta: vel averfati eam.  
*Idem.*

73 Τὴν τέτην καθαρτικὴν. ] Ἀ-  
 καθάρσις. πρὸς τὴν καθαρτικὴν.  
*Idem.*

επ'

τε καθαρικῶν δυνάμιν  
 καὶ ἐκβάλλωσι τὰ κακὰ  
 πάντα ὅσα ἔχουσι, καὶ τὰς  
 Δόξας, καὶ τὴν Ἀγνοίαν, καὶ  
 τὴν λοιπὴν πᾶσαν Κακίαν.  
 τότε ἂν εἴπω σωθήσονται.  
 ὧδε δὲ μιλῶντες παρὰ τῆ  
 Ψευδοπαιδείας, εἰδέποτε  
 Σπουθήσονται; εἰδὲ ἐλλείψεται  
 αὐτοὺς κακὸν οὐδὲν ἕνεκα  
 τούτων τῶν μαθημάτων.  
 ποία εἴναι αὕτη ὁδὸς ἐστίν, ἢ  
 Φέρουσα ὅτι τὴν ἀληθινὴν  
 παιδείαν; Ὁ ρᾶς, ἔφη,  
 ἄνω τόπον πινὰ ἐκείνον,  
 ὅπως οὐδεὶς ὅπκι αὐτοῦ κεί,  
 ἀλλ' <sup>74</sup> ἔρημος δοκεῖ εἶναι;  
 Ὁ ρᾶ. <sup>75</sup> Οὐκ ἔν καὶ θύραν  
 ἵνα μικρὰν, καὶ ὁδὸν ἵνα  
<sup>67</sup> πρὸς τὴν θύραν, ἥτις οὐ  
 πολὺ

biberint, & mala omnia,  
 quibus urgentur, ut Opini-  
 ones & Ignorantiam,  
 & reliquam omnem Vi-  
 tiositatem, ejecerint; tum  
 demum enim servabun-  
 tur. Dum vero heic man-  
 ferint apud Falsi nomi-  
 nis eruditionem, nun-  
 quam liberabuntur: nec  
 ullum malum, illarum  
 quidem disciplinarum  
 subsidio, profligabunt.  
 Quæ ergo via est, quæ  
 ad Veram eruditionem  
 ferat? Videte, inquit,  
 editum illum locum,  
 qui à nemine incolitur, ac  
 desertus esse videtur?  
 Videte. Ergo & januam,  
 parvam, & viam quan-  
 dam ante januam, pa-  
 rum frequentem, & à

Καὶ πῶς εἶπεν τὴν τούτου καθαρικ-  
 κὴν δύναμιν.] τοῦ πρώτου scilicet quod  
 paulo ante memoratum. τὴν τέταρ-  
 τὴν καθαρικὴν δύναμιν. igitur est passive di-  
 ctum, non active, ut θύρῃς μόρος:  
 mors fera: i.e. à fera illata: & id ge-  
 nus alia sexcenta. Possis & ad περι-  
 βολον referre: Sed ita quoque passi-  
 vum fuerit. Fortasse legendum τέ-  
 τωτων: quod ita & Wolfius in Notis  
 voluisse, aut ita reperisse videtur.  
 Casaubonus.

<sup>74</sup> Ἐρημὸς εἶναι δοκεῖ.] Pauci  
 verum iter ingrediuntur. Sic & apud  
 Poëtam:

- - - pauci: quos æquus amavit

*Jupiter, aut ardens evexit ad athe-  
 ra virtus,*

*Diis geniti potuere. Caselius.*

<sup>75</sup> Οὐκ ἔν καὶ θύραν. Ergo & ja-  
 nuam.] Conveniunt omnes quas  
 perlustravi editiones excepta Case-  
 lii, in qua minus ornate ἔκιν θύ-  
 ραν? Sed tamen in versione sua  
 melius vim interrogationis expres-  
 sit quam Wolfius: apud quem legi-  
 tur: Nonne & fores quasdam pu-  
 sillas? Et ita etiam paulo infra:  
 ἔκιν καὶ βουνὸς τις ὑψηλὸς: Nonne  
 & jam collis quispiam perexcelsus?

<sup>76</sup> Πρὸς τὴν θύραν.] Non πρὸς nisi  
 dativo jungatur, πρὸς τῇ θύρῃ  
 vel

πολύ ὀχλείῃ), ἀλλὰ πάνυ  
ἐλίγαι πορεύονῃ), <sup>77</sup> ὥσπερ  
δυσανόδου πινός <sup>78</sup> ἢ τρα-  
χείας <sup>79</sup> ἢ πετρῶδους εἶναι  
δοκίσις ; Καὶ μάλα.  
ἴφλυ. Οὐκ ἔν ἢ <sup>80</sup> βενός  
πς

perpaucis tritam, ut quæ  
& præceps & aspera,  
& prærupta esse videa-  
tur? Omnino, inquam.  
Ibi & Tumulus excel-  
sus cernitur, & angus-  
tus

vel, πρὸς ταῖς θύραις, eodem fere  
sensu. *Wolffius.*

<sup>77</sup> Δυσανόδου τινός. ] Est via ar-  
dua & ascensu difficilis. *Cassellius.*

Ὅσπερ δυσανόδου. *Ue quæ præ-  
ceps sit.*] Ad verbum, quæ diffici-  
lem habeat aditum sive ingressum.  
Idem expressit Hesiodus: cum ait,  
τῷ δὲ ἀρετῆς ἰδρώτα θεῶν, &c.

Noti enim sunt versus. Quos  
etiam expressit utcumque author τῷ  
ὁ φίλος Pythagoræ inscripti. Nec  
abluendum ab hac phrasi mysticæ lite-  
ræ. *Snecanus.*

<sup>78</sup> Καὶ τραχείας. ] Et aspera &  
dumis obsita. *Cassellius.*

<sup>79</sup> Καὶ πετρῶδους. ] Denique saxea  
& dura. *Idem.*

<sup>80</sup> Βενός. ] Tumulus: quia est  
editior loco, non humilis virtus &  
salus.

Μεγάλη ὑψηλή • κύκλω ἀπό-  
κρημνῶ.

De asperitate viæ ducentis ad Virtu-  
tem Simonides, citante Clemente A-  
lexandrino 4. Στρωμ. Ἔστι τις λό-  
γος τῶν ἀρετῶν γαίην δυσανώτοις  
ἐπὶ πίπτειν, νῦν δὲ μιν δοκῶν χῶ-  
ρον ἀγνοεῖ ἀμφίπειν ἕπε πάντων βλε-  
φάροις θνατῶν ἕσσοτῶ, ὧ μὴ θα-  
κείθωμ ἰδρῶς ἐνδύειν μίλη, ἱκλή  
ἄκρον ἀνδρείας.

Ibidem apud Clementem

*Æschylus.*

Τῷ ποτῆντι δὲ ἐκ θεῶν ὀρεΐλαι  
τίκνωμα τῷ πόνω κλέσ.

*Pindarus ult. Pyth.*

Εἰ δὲ τις ὄλεσθ' ἐν ἀνδράποισιν,  
ἀνευ

καμάτε ἢ φαίσεσθαι.

Idem alibi:

Ἄπονον δὲ ἔλαβον χάριμα παῦροι  
τινες.

Ad omnes res præclaras geren-  
das opus est ἐγκρατεία καὶ καρτε-  
ρία, maxime ad virtutem adipi-  
scendam, & quasque actiones Vir-  
tutis designandas. Continentiâ,  
ut desideria voluptatum corporis  
exuas, aut certe, quam maxime  
fieri possit, minuas. Tolerantiâ,  
ut molestias & labores ne extime-  
scas, sed intrepide subeas: in-  
terdum & pericula. Proinde Epicte-  
tus in omni vita iussit tolerare &  
abstinere. Refertur enim ad eum hoc,  
Ἀνέχεσθαι καὶ ἀπέχεσθαι. Cujus ver-  
bi hæc vis est, ut dura ultro subea-  
mus, aduascamur curis, mole-  
stias, laboribus, vigiliis; toleremus  
æstum, frigus, ventos, imbres,  
quasunque tempestates: nec fran-  
gi nos adversis patiamur: pauperrate,  
exilio, convitiis improborum &  
odii, & quicquid est adversæ fortu-  
næ: deinde, ut nec ulli cuiuscunque  
generis voluptatum corporis iuc-  
cumbamus: Fieri enim non potest,  
qui iis incumbit, virtuti se totum  
devoverit. Quin ipsum etiam cor-  
pus voluptatibus conficitur. qui lo-  
cus copiose facile illustrari potest.  
Sic in literis si velis proficere, ἀπέ-  
χεσθαι ἀ vino, ab amoribus, à somno,  
ab alea, à pigritia, & hujus generis  
omnibus. Idem facit venator: nec,  
solum à suavisibus abstinet; sed &  
famem, sitim, nives: gelu, imbrem  
totos dies tolerat: incertus spei fu-  
turæ: nec deterret eum ab insti-  
tuta.

N

10,

πρὸς ὑψηλὸς δοκεῖ εἶναι, καὶ ἀνάβασις γινῆ παύω, καὶ κρημνὸς ἔχουσα <sup>81</sup> ἐνθεν κατέκειθεν βαθεῖς; Οὐδῶ. Αὐτὴ τῶντων ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἔφη, ἡ ἀγνοία πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. Καὶ μάλιστα γὰρ χαλεπὴ πρὸς πειθεῖν. ἐκτὸν καὶ ἄνω γὰρ πρὸς τὸ βροντὸν ὁρᾶς πέτραν μεγάλην, καὶ ὑψηλὴν, κύκλω σπόμενον; Οὐδῶ, ἔφη. Οὐδῶς ἐν καὶ γυναικάς δύο ἐσηκυσίας ὅτι τὴν πέτρας, λιπαράς, καὶ βυελίστας τῶν σώματι, καὶ ὡς ἐκτεταχάσι τὰς χεῖρας πρὸς θύμω; Οὐδῶ. ἀλλὰ πίνες χαλῶνται. ἔφη, αὐτὰς; <sup>82</sup> Ἡ μὲν

E'γ-

το, εἰ καὶ δις καὶ τρις ἠτύχησεν. In studiis igitur literarum & virtutum, in potiundi earum certa spe, perpeti quidvis oportet, & à jucundis non solum abstinere: sed & ea, quibus frui possis & liceat, fugere. Ut plurimum contra fit, ut voluptatum cupiditate faciamus turpia, & fuga molestiæ honesta mittamus, id quod his verbis ostendit Philosophus: Διὰ μὲν γὰρ τὴν ἰδονὴν, inquit, τὰ φαῦλα πράττομεν. διὰ δὲ τὴν λύπην καλῶν ἀπεχόμεθα. Idem.

<sup>81</sup> Ἐνθεν κατέκειθεν βαθεῖς.] Optime uti solet Vir summus Grono-

stus aditus, utrinque in profundum præceps. Video. Hæc igitur, inquit, via est, quæ ad veram eruditionem ducit. Et quidem aspectu, inquam, valde ardua. Ergo & superne juxta tumulum magnam rupem vides, & altam, undique præruptam? Video, inquam. Vides ergo & duas mulieres, fucci plenas, & robusto corpore in rupe stantes, quæ manus alacriter extendunt? Video, inquam, sed quæ eis nomina sunt? Una, inquit, Continentia vocatur, altera Tolerantia. Sunt autem fortes.

vius conjicit hic forte esse legendum: ἐνθεν κατέκειθεν βαθεῖς: hæc enim plerumque à scriptoribus conjunguntur.

<sup>82</sup> Ἡ μὲν ἐπιτάχεια καλεῖται, ἔφη, ἡ δὲ κατρεία. Una inquit, continentia vocatur, altera tolerantia. ] Continentia, quod ex Ethicis patet, versatur circa voluptates, uti tolerantia circa labores, quos jubet magno animo ferre, ut illa voluptates sperneret. Proinde Epictetus in omni vita jussit tolerare & abstinere. Quippe horum pertinet celebre illud dictum ipsius, Ἀρέχε καὶ ἀπέχε, Sustine & abstine. Quibus duobus

μαρτ.



Ἐγκράτεια καλεῖται, ἔφη, ἢ δὲ Καρτερία. εἰσὶ δὲ ἀδελφαί. Τί ἐν ταῖς χεῖρας ἐκτεταχασιν ἔγωγε ἰσχυρῶς; Παρακαλῶσιν, ἔφη; τὴν ὁδὸν ἀγνοοῦντες ὅτι τὸ τόπον, θάρρειν, καὶ μὴ ἀποδειλιάειν, λέγεσθαι, ὅτι βραχὺ ἔπι δεῖ κερτερῆσαι αὐτῶν, εἴτε ἤξουσιν εἰς ὁδὸν καλήν. Ὅταν ἐν παραγένῳσι ὅτι τὴν πέτραν, πῶς ἀναβαίνουσιν; ὁρῶ γὰρ ὁδὸν φέρουσαν ἐδεμίαν ἐπ' αὐτῶν. Αὐτὰ ἀπὸ τῆς κρημνῆς ἄνω καταβαίνουσι, <sup>83</sup> καὶ ἔλκυσιν αὐτῶν ἀνω πρὸς ἑαυτῶν. <sup>84</sup> εἴτε κελύουσιν αὐτῶν ἀναπαύσασθαι, <sup>85</sup> καὶ κατὰ μικρὸν διδάσιν <sup>86</sup> ἰσχυρῶς

rores. Cur vero manus adeo alacriter extendunt? Hortantur, inquit, viatores ad eum locum progressos, ut bonis sint animis, nec per ignaviam desperent. Fore enim, ut post parvi temporis difficultates, in amœnam viam perveniant. Ubi autem ad rupem accesserint; quo pacto ascendunt? Nullam enim, quæ eo ferat viam perspicio. Ipsæ à præcipitio ad eos nonnihil descendunt, eoque sursum ad sese attrahunt. Postea jubent eos requiescere: & paulo post eis dant Robur &

mandatis omnem virtutum chorum sibi videbatur complexus. *Snecanus.*

83 Καὶ ἔλκυσιν αὐτῶν ἀνω.] Notanda vox. Negat enim Hierocles in Deo situm esse, ut quenkam trahat: Christianos, ut opinor, fugillans ob dictum Johannis, vel Domini Salvatoris in Johanne potius: Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς με, εἰ μὴ ὁ πατήρ, ὁ πέμψας με, ἐλκύσῃ αὐτόν. Eodem verbo utitur & Hierocles. Eὶ γὰρ ἐπὶ τῷ θεῷ ἐστὶν ἐλκύσαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τὸς ἀνθρώπους καὶ ἀνοήτους, τί αὐθαίρετα πῆματα ἔχειν αὐτῶν ἐγκαλεῖται; Respondet hic Cebeus, ex cujus explicatione

lux huic verbo & controversiæ, si quis attendat, haud contemnenda: sed hoc non agimus. *Casanovonus.*

84 εἴτε κελύουσιν αὐτῶν ἀναπαύσασθαι.] Ut intendere non oportet violenter, ne frangatur arcus, ita cavendum, ut laboribus moderemur, ne iis concidamus, Tantum denique laborandum est, quantum & corporis & animi nervi facere valeant. *Caselius.*

85 Μετὰ μικρὸν διδάσιν.] Id est, ubi habitum nobis pepererimus, vicerimus: nec tum illa est difficultas, quæ fuerat initio. *Idem.*

<sup>36</sup> Ἰσχύν κὶ Θάρσος, καὶ ἐπαγγέλλονται αὐτὲς καταγῆσαι πρὸς τὴν ἀληθινὴν Παιδείαν, κὶ δεικνύουσιν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, ὡς ἔστι καλὴ τε, κὶ ὁμαλὴ, κὶ ὑπόβυλος, κὶ καθαρὰ παντὸς κακοῦ, ὥσπερ ὁραῖς. Ἐμφάνει δὲ Δία. Ὁραῖς ἔν, ἔφη, κὶ ἔμωσθε δεῖ ἄλσος ἐκείνης τὸ πονηρὰ, ὅς δοκεῖ καλὸς τε εἶναι, κὶ λειμωνοειδῆς, κὶ φωτὶ πολλῶν καταλαμπόμην; Καὶ μάλα. Κατανοεῖς ἔν κὶ ἐν μέσῳ τῶν λειμῶν ἀείβολον ἔτερον, κὶ πύλην ἑτέραν; ἔστιν ἔπως. Ἀλλὰ τίς καλεῖται ὁ τόπος ἔστι; <sup>87</sup> Εὐδαιμόνων οἰκητήριον : ἔφη. ὦδε

<sup>36</sup> Ἰσχύν καὶ Θάρσος.] Ne debilitentur vires, & ne concidat animus. Qui contemnit voluptates, & laborem in se suscipit, sive qui non alio pellicitur voluptatibus, nec deturgetur laboribus, ἰσχύς καὶ θάρσος. His ducibus progredi cuique intendit ad doctrinam sinceram & perfectam. Hæc de difficultate viæ nihil negans, novam viam ostendit, amœnam, planam, expeditam, puram. Primus aditus gravis est; ubi ardua superaveris, viæ amœna & jucunda est, omnia tempe & lux ipsa. Idem & Hesiodus testatur:

& Fiduciam, & pollicentur se eos ad veram eruditionem perducturas: ac demonstrant, quam ea viæ sit amœna, & plana, & expedita, & omnis expers mali, ut vides. Ita certe quidem apparet. Videtne porro, inquit, ante lucum illum locum quendam, qui & amœnus videtur, & prati instar, multaque luce illustris? Utiq̄. Videtne in prati medio etiam aliud septum, & aliam portam? Et ita. Sed quomodo vocatur locus ille? Beatorum domicilium, inquit. Hic enim

Ἡσίοδος δὲ ἐπέστα πέλη χαλεπή περ ἔσσο. Idem.

<sup>87</sup> Εὐδαιμόνων οἰκητήριον.] Beatorum domus, quam incolunt virtutes, & ipsa beatitudo. Hæc enim absque illis non est, & illæ sunt hæc ipsa. Qui virtutem adepti fuerint, eorum est bona conditio, eorum viæ beata, sicut ipsi beati censendi. Pingitur beatitudo, ut virtus apud Prodicum, in Xenophonte: etate integra, nec enim infans, nec puellula sine mente, neque vetula: sem-

ὡς δὲ καὶ μεταίθεσιν αὖ  
 Ἀρετῶν πᾶσαι, καὶ ἡ Εὐδαι-  
 μονία. <sup>88</sup> Εἶεν, ἐφίλω ἐγὼ,  
 ὡς καλὸν τὸ τόπον εἶναι.  
 Οὐκ ἔνι ὡρᾶ τὴν πύλλω  
 ὄραϊς, ἔφη, ὅτι γυνὴ τις  
 ἐστὶ καλὴ, καὶ καθεστηκυῖα  
 τὸ πρῶτον, <sup>89</sup> μέση δὲ  
 καὶ κεκλιμένη ἤδη τῇ ἡλι-  
 κία, <sup>90</sup> σολὴν δ' ἔχουσα  
 ἀπλήν,

per enim vires virtus: nihil in ea fu-  
 catam aut ascitium: simplex habi-  
 tus, ut & color. In quadrato lapide  
 consistunt:

Παιδεία. Ἀλήθεια. Πισθώ.

Lapis quadratus indicat certam ad  
 salutem semitam, & certas firmas-  
 que veræ disciplinæ dotes: proinde  
 & ipsi virtute perfecti quadrati pri-  
 mum à Simonide, deinde & à Pla-  
 tone & Aristotele disti fuere: nec  
 dubium est, quin Cebes ex eodem  
 Poëtæ hanc imaginem desumpsisset.  
 Platonis hæc sunt verba in Protagora:

λέγει γὰρ πρὸς Σιμωνίδου πρὸς Σκιπᾶν  
 τὸν Κρέουλον υἱὸν τοῦ Θετταλῆ, ὅτι  
 ἄνθρωποι ἀγαθὸν μὲν ἀληθῶς γενέσθαι  
 χαλεπὸν, χειρὶ τε καὶ ποσὶ καὶ νότῳ  
 τετραγώνιον, ἀνευ φόβου τετυκμένον.  
 Aristotel. 1. Ethic. Ἀεὶ γὰρ ἡ μέ-  
 λιστα πάντων, πράξις καὶ θεωρήσις  
 τα κατ' ἀρετὴν, καὶ τὰς τύχας οἰ-  
 σίς κάλλιστα. καὶ πάντῃ πάντως ἐμ-  
 μελῶς ὄγ' ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς καὶ  
 τετραγώνιος, ἀνευ φόβου. Idem A-  
 ristot. Ethic. 3. οἷον τὸ ἀγαθὸν ἄν-  
 δρα φαίνεται εἶναι τετραγώνιον, μετα-  
 φορᾶ, ἄμφοι γὰρ τέλεια, ἀλλ' ἔση-  
 μαϊνὴ ἐξέρχεται. Idem.

<sup>88</sup> Εἶεν, ἐφίλω ἐγὼ, ὡς καλὸν τὸ  
 τόπον εἶναι.] Videtur aliquid deesse,  
 aut ponitur pro συγχωρῶ, ὅτι καλὸς

enim degunt Virtutes  
 omnes, & Beatitudo.  
 Amœnus dubio procul  
 is locus est. Vides er-  
 go, inquit, juxta por-  
 tam stare matronam for-  
 mosam, constanti vul-  
 tu, ætate media, &  
 jam ad senectutem de-  
 clinante, veste simpli-  
 ci,

ὁ τόπος ἐστὶ. Assentior amœnum  
 esse locum. Wolfius.

<sup>89</sup> Μέση δὲ καὶ κεκλιμένη ἤδη τῇ  
 ἡλικία.] Κεκλιμένην ἡλικίαν intelli-  
 go, τὴν ἐπὶ τῆς γῆρας μάλλον νεύου-  
 σαν. et si fortasse legendum κεκλιμέ-  
 νη, ut alludat ad Platicum illud:  
 Beatum esse, cui vel in senectute  
 contigerit veras habere de rebus o-  
 piniones. Tribuit autem Cebes veræ  
 eruditioni iudicium de rebus bonis,  
 malis, & mediis: præ quo omnem  
 aliam cognitionem contemnit. Ge-  
 nevensis Lexicon κεκλιμένην ἡλικίαν  
 interpretatur ætatem, quæ sit firmo  
 iudicio prædita. Idem.

ad incrementa virtutis  
nihil conferunt. Itane  
eas nihil conferre ad id  
dicis ut viri meliores e-  
vadant? Licet enim  
vel sine his fieri me-  
liores, inquit. Neque  
tamen inutiles sunt etiam  
istæ. Ut enim aliquando  
per interpretem ea quæ  
dicuntur cognoscimus;  
&

<sup>30</sup> Α καὶ Πλάτων φησὶ. ] Vide  
Platonem 7. de LL. & Xenophonem  
ἀπομν. 4. Caselius.

Videtur intendere digitum ad li-  
brum septimum de Legibus. Sne-  
canus.

<sup>31</sup> Ἐστὶ γὰρ καὶ ἄνευ τ. ] Videtur  
hic aliquid deesse: Οὐδὲν ἔφη vel  
tale quid: quod tamen non affir-  
mem, cum postea quoque similis  
ἐλλείψεως exemplum. Casaubonus.

βάλλομεν τὰ λεγόμενά  
 ποτε, ὅμως μὲν τοί γε  
 οὐκ ἀχρηστοὶ ἦν, καὶ ἡμᾶς  
 αὐτὲς τῶ Φωνίῳ ἀκει-  
 βετέραν ἔχειν, <sup>32</sup> καὶ π  
 σιμήκαμεν. <sup>33</sup> ἔτω ἀνευ  
 τέτων τῶν μαθημάτων  
 εἰδὲν καλύσθαι γενέσθαι.  
<sup>34</sup> πότερον εἰδὲν πρέχουσιν  
 ἔτι οἱ μαθηματικοὶ πρὸς  
 τὸ

& tamen non incommo-  
 dum fuerit, nos ipsos  
 illius linguæ accuratio-  
 rem habere cognitionem,  
 quamvis aliquid per in-  
 terpretem perceperimus:  
 sic disciplinis istis care-  
 re, nihil est quod vetet.  
 Non ergo meliore con-  
 ditione sunt cæteris isti  
 Mathematici, nec facilius  
 pos-

32 Ἐχειν ἂν τι σιμήκαμεν.] For-  
 tassis καὶ τι. & paulo post, ἔτως  
 ἀνευ τέτων τῶν μαθημάτων εἰδὲν  
 καλύσθαι γενέσθαι. videtur καλὸς κέ-  
 γασθαι, vel εὐδαίμονας addendum.  
 nisi forte γενέσθαι ἀνευ τέτων, ca-  
 πιαtur pro μὴ ἔχειν ταῦτα, καὶ  
 ἀγνοεῖν. Similitudo autem illa de  
 interprete videtur obscurior. sed  
 hanc tamen ejus sententiam esse  
 reor, ut falsi nominis eruditionem  
 interpreti virtutis: eos vero qui ci-  
 tra illam ad virtutem perveniant,  
 orationem virtutis per se intelli-  
 gentibus & conferat, & præferat  
 alteris. Wolfius.

Ἄν τι σιμήκαμεν.] Sententia quam  
 interpretes expressit (nec alia com-  
 modior se offert:) videtur exigere,  
 ἂν τι. vel καὶ τι σιμήκα. Et mox  
 recte observat Casel. εὐδαίμονας,  
 quod tale quid supplendum esse, si-  
 ne quo pendet sententia. Sed illud  
 præterea notandum fuit; ut hæc  
 aliquo defectu; ita sequentia, fa-  
 stidiosa redundantia laborare. Fa-  
 cile observabit attentus Lector.  
 Sententia plana: cætera, non tanti.  
 Mox etiam, μαθηματικοὶ, inter-  
 pres hic, Mathematici, nimis am-  
 bigue. Melius Caselius: istiusmodi  
 doctrinis instructi: vel, disciplina-  
 rium sectatores: ut hic infra. Casau-  
 bonius.

33 Οὕτω ἀνευ τέτων ἢ μαθη-  
 μάτων εἰδὲν καλύσθαι γενέσθαι.] Hic  
 adjiciendum videtur εὐδαίμονας, vel  
 καλὸς καὶ ἀγαθός. Alioquin enim  
 penderet sententia. Ad Philoso-  
 phiam, quæ in contemplatione  
 consumitur, absque illis disciplinis,  
 citra controversiam nemo pervenit;  
 integritatem animi & virtutes mo-  
 rales sibi comparabit etiam quis, qui  
 in illis non magnopere sit versatus.  
 Qui tamen versatus sit, plus adju-  
 menti habebit ad recte agendum.  
 Itaque eam Philosophiam servari  
 nominat idem Philo. pag. 303. ὅτι  
 τὴν ἐκκύκλιον παιδείαν, καὶ ὡς νεω-  
 τέραν καὶ ὡς θεραπεινίδα ἀσπάζο-  
 μαι, τὴν δὲ ἐπιστήμην καὶ φρόνησιν,  
 ὡς τελείαν καὶ δεσποιναν ἐκτετιμη-  
 κα. Circularem eruditionem etiam  
 ut minorem & famulam amplector:  
 scientiam vero, ut perfectam & he-  
 ram veneror. Caselius.

34 Πότερον εἰδὲν πρέχουσιν ἔτι.]  
 Quærit spectator, sintne meliore  
 conditione ad adipiscendam virtu-  
 tem, secundi septi disciplinis erudi-  
 ti. Eos enim omnes appellat Mathe-  
 maticos, ni fallor. Nec enim  
 magis Mathematicos, quam cæte-  
 ros videtur intelligere. Negat esse  
 meliores, tabulæ interpret: tum  
 quod neque dum ipsi de rebus bonis  
 & malis satis informati sint, tum  
 quod

τὸ βελτίους γενέσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ; πῶς μέλλοσι παρέχειν, ἐπειδὴν φαίνονται ἠπατημένοι πρὸς ἀγαθῶν καὶ κακῶν ὡσπερ οἱ ἄλλοι, καὶ ἐπικατηρόμενοι ὑπὸ πάσης κακίας ; Οὐδὲν γὰρ κωλύει, εἰδέναι μὲν ἡράματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον, καὶ ἀδίκον, καὶ προδοτικόν, καὶ τὸ πέρασ ἀφρονα. Ἀμέλει πολλὰς τούτους ἐστὶν ἰδεῖν. Πῶς ἔνιοι παρέχουσιν, ἔφη, εἰς τὸ βελτίους ἀνδρας γενέσθαι, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων ; Οὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτων τῶν λόγων. <sup>35</sup> Ἀλλὰ τί ἐστίν, ἔφην

possunt fieri meliores? Quo pacto inquit, praestarent caeteris, cum eos de rebus bonis & malis non minus sentire perperam constet, quam caeteros mortales, & omni adhuc vitiorum genere constrictos teneri? Nihil enim vetat, nosse literas, & tenere disciplinas omnes: & aequae tamen esse ebriosum, intemperantem, avarum, injurium, proditorem, denique amentem. Multos certe quidem tales videre licet. Quae ergo, inquit, istorum quasi praerogativa est ob istas disciplinas, ut in viros evadant meliores? Nulla omnino esse videtur, siquidem ita se  
res

quod fieri possit, ut iidem non minus, quam omnium nescia multitudine, affines sint vitiiis, & flagitiosi & facinorosi. Sunt enim inter eos ebriosi, incontinentes, avari, injusti, proditores, denique recta vita imperiti, & expertes omnium consilii: nec illi pauci. Non igitur ob eas artes praerogativam habent ad virtutem. *Idem.*

<sup>35</sup> Ἀλλὰ τί ἐστίν, τὸ αἴτιον. ] Cum videatur in sequentibus esse

quaedam perplexitas: expediam, quantum poterō. Haecenus locutus fuit interpres. Haec verba, ἔδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτων τῶν λόγων: vel eisdem iudici, vel spectatori, tribui possunt. Hic spectator de causa quaerit, qui fiat, quod plerique illorum nihilo sint meliores primi septi incolis. Quia, respondet interpres, ibi nimis diu commorantur, rati se magnum spatium confecisse, nec jam, longe abesse à prima veraque  
καί-

ἔφλω ἐγὼ, τὸ αἶπρον; Ὅτι  
 ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ βόλων  
 μετατρέβουσιν, ὡς περ ἐγγί-  
 ζοντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν  
 παιδείαν; Καὶ τί τῦτο ὠ-  
 φελεῖ αὐτὰς, ἔφη; ὅταν  
 πολλάκις ἐπὶ ἰδεῖν ὡρα-  
 γηνομένους ἐκ τῶ πρώτου  
 περὶ βόλων ἀπὸ τῆς Ἀκρα-  
 σίας, καὶ τῆς ἄλλης κακίας,  
 εἰς τὸ τρίτον περὶ βόλων,  
 πρὸς τὴν παιδείαν τὴν ἀλη-  
 θινὴν, οἱ τέττας τὰς μα-  
 θηματικὰς ὡραματίζου-  
 σιν. <sup>36</sup> ὡτε πῶς ἐπι προ-  
 ἔχουσιν; ἄρα ἢ ἀκνητότε-

ροί;

res habet. Sed quæ cau-  
 sa est inquam, cur in  
 secundo versentur septo,  
 tanquam Veræ eruditioni  
 vicini? Et quem, in-  
 quit, inde capiunt fru-  
 ctum? cum sæpe videre  
 liceat aliquot è primo  
 septo ab Incontinentia  
 cæterisque vitiis in ter-  
 tium septum pervenire ad  
 veram Eruditionem, qui  
 istos disciplinarum secta-  
 tores prætereunt. Quis  
 ergo jam dicat, eos præ-  
 stare cæteris? Aut igitur  
 segniores sunt, aut  
 minus dociles? Quomo-  
 do

παιδεία. Quid illa cunctatio, inter-  
 rogat spectator, ipsis prodest, quum  
 multi è primo septo ab incontinen-  
 tia & cæteris vitiis properent in ter-  
 tium, præteritis illis Mathematicis?  
 atque adeo ipsi videntur illis  
 esse potiore conditione. An per pi-  
 gritiam non pergunt, an per inge-  
 nium iis erudiri nequeunt? Dic,  
 quæso, inquit adhuc spectator, qui  
 id fiat? Respondet interpres: Vel  
 voluptatis, sive quorumcunque vi-  
 tiorum adhuc illecebris ibi tenen-  
 tur, vel suæ artis dulcedine, in qua  
 putant esse omnia. Proinde profi-  
 tentur, se ea scire, quæ nesciunt.  
 Ea igitur imbuti opinione, necesse  
 est eos esse segniores ad contendendum  
 ad veram παιδείαν. Iidem  
 alios secum retinent, nec patiuntur  
 ulterius progredi: atque eorum consi-  
 lio multi de juventute cum ipsis  
 pereunt, qui locus plenius declarari

poterit. Altera causa eorum sive exitii,  
 sive erroris: quod ad eos è vulgo  
 accedunt opiniones: id est, sic  
 judicant de plerisque, ut populus:  
 tanti esse honores, tanti divitias;  
 tanti voluptates, tanti genus, tanti  
 dominatum; & sic de cæteris. Hi  
 persuasione sapientiæ ebrii, non tamen  
 nisi opinantur. Statuit igitur,  
 eos esse prioribus nihilo meliores,  
 nisi ad eos accedat pœnitentia: nisi  
 agnoscant culpam gravissimam esse  
 suam, & à falsa magistra ad veram  
 sese referant. Tum demum enim eos  
 servari. *Idem.*

<sup>36</sup> ὡτε πῶς ἐπι προέχουσιν.]  
 Salm. in *Præfat.* [qua in re præstant  
 indoctis (inquit Cebes) quo citius  
 perveniant ad scientiam boni, cum  
 ipsi indociiores sæpe sint, & tardi-  
 ores ad eam artem addiscendam,  
 quæ sola vera est, & summi boni  
 magistra? Ita enim legenda Græca  
 apud

ροι, <sup>37</sup> ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι; πῶς ἐφίλω, τῆτο, ἐγώ; Οὔτι ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ εἰ μηδὲν ἄλλο, προσποιεῖνται γὰρ ὀπίσθασθαι, ἀλλ' οὐκ οἶδασιν. ἕως δ' ἂν ἔχωσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτὰς ἀνάγκη εἶναι, πρὸς τὸ ὄρμαῖν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. εἶτα τὸ ἕτερον ἐχόραξ; ὅτι καὶ αἱ Δόξαι ἐκ τῶν πρώτων περιβόλων εἰσπορεύονται πρὸς αὐτὰς ὁμοίως; Ὡςτε ἐδὲν ἔτοι ἐκείνων βελτίους εἶσιν, ἐὰν μὴ καὶ τῆτοις συνῆ Μεταμέλεια, καὶ πειθῶσιν, ὅτι ἐπὶ παιδείαν ἔχουσιν, ἀλλὰ Ψευδοπαιδείαν, διὰ τὴν ἀπατῶν. ἔγω δὲ διακείμενοι, ὅτι ἂν ποτε σωθῆεν. <sup>38</sup> Καὶ ὑμεῖς τοίνυν,

do istud? inquam. Quia, qui in secundo septo sunt, ut nihil aliud, illud certe peccant, quod ea se scire profitentur, quæ nesciunt. Qua opinione dum imbuti sunt, segniores eos esse necesse est ad veram eruditionem expetendam. Deinde alterum illud non vides, ut Opiniones etiam è primo septo adhuc ad eos commeent? Quare nihilo cæteris hi meliores sunt, nisi cum ipsis etiam Penitentia se conjunxerit: persuasumque habuerint, non vera, sed Falsi nominis eruditione se esse præditos, à qua in errores inducantur, eo- que incolumes esse ne-

apud Cebetem, quæ vulgo corruptissima sunt, ἄσε πῶς ἔτι προέχουσιν ἄρα, εἰ ἀκινήτοτεροι, ἢ δυσμαθέστεροί εἶσιν; Respondet alter ac quærit, quomodo id fieri possit, ut qui artes liberales didicerunt, &c. Rationem reddit senex, quod qui in secundo septo habitant, artium nempe doctores liberalium, simulant se scire, quod nesciunt. Et dum putant se veram adeptos esse

scientiam; eo redduntur ad eam persequendam ineptiores.] *Casubonus.*

<sup>37</sup> Ἡ<sup>α</sup> δυσμαθέστεροί εἶσι. ] Et mox, ὅτι εἰ ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ, εἰ μηδὲν ἄλλο ἢ προσποιεῖνται. *Wolfius.*

<sup>38</sup> Καὶ ὑμεῖς τοίνυν ᾧ ξένοι. ] Cohortatio senis cum præcepto supra modum necessario. nec frustra instituitur, ut videri possit, ejusdem

scilicet.

νω; ὡς ξένοι, ἔφη, ἔπω ποιεῖτε, καὶ ἐνδιατεῖσθε τοῖς λεγομένοις; μέχρῃς ἀν' ἔξιν λαβεῖν. ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις δεῖ ὑποσκοπεῖν, καὶ μὴ ἀφαιλεῖν. τὰ δὲ ἄλλα πάρεργα ἠγήσομαι. εἰ δὲ μὴ, εἰδὲν ὄφελος ἔσται ὧν νῦν ἀκρίβετε. Ποιήσομαι. Τῆτο δὲ ἐξήγησα, πῶς ὁκ' ἐστὶν ἀγα-

queant. Et vos igitur, hospites, inquit, nisi ita feceritis, & in iis quæ diximus, diu multumque versati fueritis, donec habitum acquiratis; (nam sæpius eadem resolvenda sunt, nec intermittenda, sed cætera præ his supervacanea putanda,) nullus vobis eorum usus erit, quæ auditis. Faciemus. Sed hoc

sermonis repetitio. Docet enim spectatorem diligenter, & rem urget longe maxime necessariam. quasi dicat, ne quis existimet, hæc spectata obiter, & semel audita, sufficere: non ita facile intelliguntur. Nec enim videntur intellecta antequam persuadeantur, nec persuasæ ante, quam iis parandis incuberis, ac denique habitum paraveris. Hoc neque obiter, neque subito fieri potest: profus & multo magis, ut sese habet in habitibus corporis, in quibus sensus adjumento sunt. Non satis est, recte fides intendere, scire, quas quando, quamdiu tangere oporteat: neque satis fidibus canere lente, & ut ajunt, mediocriter. Satis longo tempore, & quotidiano studio opus est, ut recte, celeriter, argute, suaviter, cumque voluptate, & admiratione id auditorum agas. Quanto magis hoc consilio utendum est in formando animo, & parandis virtutibus? Idem monet Epictetus sedulo: Εἰδέναι χρὴ, ὅτι ἐἰδόντων πρᾶγμα παραγενέσθαι ἀνδρώπῳ, εἰ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τὰ αὐτὰ καὶ λέγοι τις καὶ ἀκούοι, καὶ ἅμα χρωτό πρὸς τὸν βίον. Scire, sive semper in memoria, conspre-

ctaque habere oportet, nullo pacto fieri posse, ut quæcumque agendi facultatem nobis comparemus, nisi quotidie, (quia intermissione temporis semper aliquid negligitur, vel oblivione perit,) eadem præcepta, quæ vera rectaque esse debent, & dicat quis & audiat (reperi enim ea & explicari ex usu est,) & iisdem ad vitam utatur, sive ipsa factis exprimat. Nec enim quis habitum secus adipiscetur. Eodem respiciunt, quæ versibus expressa sunt in Aureis carminibus Pythagoræ adscriptis.

Πρῶστε δὲ ταῦθ' ἃ σε μὴ βλάβη, λόγισαι διὰ πρὸς ἔργα,  
Μήθ' ὑπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὁμομασι προσδέξασθαι, &c.

usque ad illum versum, Ταῦτά σε, &c.

Eorum est aliquanto fusior interpretatio apud Ausonium Eιδυλλ. 12.

Vir bonus & sapiens (qualem vix reperit unum

Millibus è cunctis consultus Apollolo,) &c.

usque ad illum versum:

Offensus pravis: dat palmam & pramiam rectis.

Rectis

ἀγαθὰ, ὅσα λαμβάνουσιν οἱ ἀνθρώποι ὡς καὶ τὴ Τύχης; οἷον τὸ ζῆν, τὸ ὑγιαίνειν, τὸ πλετεῖν, τὸ βυδοξεῖν, τὸ τέκνα ἔχειν, τὸ νικᾶν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τῆτοις ὡς πληθίσια; ἢ πάλιν, τὰ ἐναντία πῶς ὡς ἐστὶ κακὰ; πάνυ γὰρ ἡμῖν ὡς βυδοξέον καὶ ἀπιτον δοκεῖ τὸ λεγόμενον. Ἀγε τοίνυν. πειρῶ, ἔφη, σπουκλείνασθαι τὸ Φαινόμενον, ὡς ἂν ἄν σε ἐρωτῶ. Ἀλλὰ ποιήσω τῆτο, ἔφω.

hoc declara, cur bona non sint ea, quæ homines à Fortuna accipiunt? ut vita, ut sanitas, divitiæ, gloria, liberi, victoria, cæteraque his similia, contraque ea quæ his adversantur, cur mala non sint? Omnino enim admirabilis, & incredibilis ista nobis videtur oratio. Age ergo: da, inquit, operam, ut ad ea, quæ rogaro, id respondeas, quod tibi videtur. Ita faciam, inquam. Utrum igi-

Recte hæc dicuntur à spectatore. Verum enim & cum omnium iudicio consentaneum, tum ratio convincit, ut libertas sit bonum recte ea utenti; si eam in licentiam vertat, malum. Sic opes liberali bonæ sunt, incontinenti & contumelioso malæ. Ita sentiunt de ejus generis rebus homines, & sic loquuntur. Apud Latinum Comicum Chremes quætit de Clinia ex Clitiphone, *Quid narras? Cl. Quid ille? je miserum esse. Cl. miserum? quem mihi credere est? Quid reliqui est? quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona? Parentes, patriam incoluntem, amicos, genus, cognatos, divitias:*

*Atque hac perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet:*

*Qui uti fert, ei bona: qui non utitur recte, mala.*

Sic & sentit Plato & loquitur, hoc præsertim illustri loco lib. 3. de legibus.

Τρεῖς δὲ καὶ ἐγὼ πε τὰδε λέγομεν, ὡς ταῦτα ἐστὶ ξύμπασι, δικαίοις μὲν καὶ ἰσίοις ἀνδράσιν ἀριστα κλήματα, ἀδίκους δὲ, κἀκίσα ξύμπασι, ἀεξομένοισι ἀπὸ τῆ ὑγιείας, καὶ δὴ καὶ τὸ ὄραν, καὶ τὸ ἀκείειν, καὶ αἰσθάνεσθαι, τὸ παράπαν ζῆν, μέγιστον μὲν κακόν, τῆ ξύμπασι χρόνον ἀθάνατον ὄντα, καὶ κεκλυμένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἀπάσης. ἔλαττον δὲ, ἂν ὡς ἐλάχισον ὁ τοῦτο χεῖρον ἐπιζῶη. ταῦτα δὲ λέγειν οἶμαι καὶ τὸς παρ ὑμῖν ποιητὰς, ἀπερ ἐγὼ, πείσετε καὶ ἀναγκάσετε, καὶ ἐστὶ τέτοις ἐπομένως ῥυθμός τε καὶ ἀρμονίας ἀποδιδόντας, παιδεύειν ἔτω τὸς νέους ὑμῶν. ἂ γὰρ ὄρατε, ἐγὼ μὲν γὰρ λέγω σαφῶς. τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα, ἀγαθὰ τοῖς ἀδίκους εἶναι, τοῖς δὲ δικαίοις κακὰ. τὰ δὲ ἀγαθὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς, ὄντας ἀγαθὰ, τοῖς δὲ κακοῖς κακὰ. *Cassellius.*

ἐγώ. πότερον εἴ κ' ἂν κα-  
κῶς ἢς ζῆ, ἀγαθὸν ἐκεί-  
νω; Οὐ μοι δοκεῖ· ἀλλὰ  
κακόν, ἔφην ἐγώ. Πῶς  
εἴν ἀγαθόν ἐστὶ τὸ ζῆν, ἔφη,  
εἴπερ τρίτῳ ἐστὶ κακόν;  
Ὅτι τοῖς μὲν κακῶς ζῶ-  
σι, κακόν μοι δοκεῖ εἶναι;  
τοῖς δὲ καλῶς, ἀγαθόν.  
καὶ κακόν ἄρα λέγεις τὸ  
ζῆν, καὶ ἀγαθόν εἶναι;  
Ἐγώ γε. Μὴ εἴν ἀπιθάνως  
λέγε. <sup>39</sup> ἀδύνατον γὰρ τὸ  
αὐτὸ

39 Ἀδύνατον γὰρ τὸ αὐτὸ πρᾶτ-  
μα. Neque enim fieri potest, ut res  
eisdem & mala & bona sit. ] Sci-  
licet eodem tempore, eodemque  
respectu. Diversis autem tempori-  
bus & respectibus potest: ut vini  
moderatus usus bonus est homini  
recte valenti, febricitanti vero &  
immodice ingurgitanti nocet vi-  
num. Stoicis concedi facile potest,  
opinor, eas res, quæ hic recensentur,  
suaapte natura & per se medias at-  
que indifferentes esse: sed pro ea-  
rum usu atque abusu fieri easdem  
bonas aut malas, nec ipsi negabunt  
opinor, nisi contentionis & novita-  
tis cupidiores fuerint quam veritatis  
& concordia. Neque vero causam  
habent à communi omnium mor-  
taliū loquendi ratione discedendi,  
& pro bonis vitam & sanitatem in-  
differentia vocandi; nisi ut mo-  
neant, iis & recte utendum, & non  
nimum tribuendum esse. Quanto  
simplicius, civilius, & verius de re-  
bus disserit Terentius: *Miserum, in-  
quit, quem minus credere est? Quid  
reliqui est quin habeat, quæ quidem in  
hominis dicuntur bona? parentes, patriam*

igitur etiam ei, qui  
male vivit, bonum est  
vivere? Non videtur  
mihi; sed malum. Quo  
pacto ergo, inquit,  
bonum est vivere, si il-  
li malum est? Quia ut  
male viventibus, ma-  
lum mihi videtur vive-  
re: ita bene, bonum.  
Et malum igitur esse di-  
cis vivere, & bonum?  
Ego vero. Cave ab-  
furde loquaris. Neque  
enim fieri potest, ut  
res

*incolumem, amicos, genus, cognatos,  
divitias. Atque hac perinde sunt, ut  
illius animus qui ea possidet. Qui  
uti scit, ei bona: illi qui non utitur  
recte, mala. Voces ἄμα αὐτῶν, simul  
semper, à nemine sano conceden-  
tur: nec esse quenkum existimo,  
qui sic loquatur: sed εὐσιος, καὶ  
κατὰ διαφορὰς χρόνων, interdum, &  
diversis temporibus alias esse bona,  
alias mala, concedent opinor omnes.  
Wolfius.*

Vera est sententia Peripateticorum  
de bonis; sed cum Stoicis loquitur  
hic tabulæ interpret. Quæ non intel-  
ligantur commodius, pauca è Ze-  
nonis disciplina mihi depromenda  
sunt; idcirco obscuriora, quod à  
iudicio & loquendi consuetudine  
omnium gentium discedunt. Certe-  
ra peti possunt ex Laërtio: nec tam-  
en ad captum primæ ætatis ea  
esse existimem. Stoicis controvertuntur  
bonum & honestum; ma-  
lum & turpe: sed ut omnes lo-  
quuntur, bonorum alia sunt prima,  
& perpetuo bona; Virtus videlicet  
& Sapientia: alia propter illa expe-  
tabilia bona. & bonis bona. Hoc  
discr-



αὐτὸ παρ᾿ ἄγμα καὶ κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι. ἔγω γὰρ καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν ἂν εἶη, <sup>40</sup> καὶ αἰρετὸν καὶ φευκλὸν ἅμα αἰεί. Ἀπίθανον μὲν. Ἀλλὰ πῶς, εἰ τὸ κακῶς ζῆν, ὧ ἂν ὑπάρχει, κακὸν ἢ ὑπάρχει αὐτῶς, κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν εἶναι; Ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἔφη, ὑπάρχει τὸ ζῆν τῷ κακῶς ζῆν. ἢ εἰ σοι φαίνεται; Ἀμέλγ' εἰ μοι δοκεῖ τὸ αὐτὸ εἶναι. Τὸ τοίνυν ζῆν ἐκακὸν εἶναι. ἐπεὶ εἰ ἦν κακὸν, τοῖς ζῶσι καλῶς κακὸν δὴ ὑπῆρχεν, ἐπεὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ὑπῆρχεν, ὅπερ ἐπὶ κακόν, Ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν. Ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέροισι συμβαίνει τὸ ζῆν, καὶ τοῖς κακῶς ζῶσι, καὶ τοῖς καλῶς, <sup>41</sup> οὐκ ἂν εἶη ἕτερον ἀγαθόν

res eadem & mala & bona sit. Sic enim & utilis erit & noxia, simulque semper & expetenda & fugienda. Absurdum id quidem. Sed, si is, qui male vivit, malum habet; quo pacto ipsa vita mala erit? Atqui non idem est, vivere, inquit, & male vivere. An non & tibi videtur? Profecto nec mihi videtur esse idem. Vivere igitur non est malum. Malum enim si esset, etiam bene viventibus utique esset malum. Vitam enim haberent, quæ malum esset. Vera mihi videris dicere. Quia ergo fit, ut vita utrisque suppetat, tam male quam bene viventibus: vivere neque malum fue-

discrimine servato facile intelligitur illis bonis constitui *εὐδαιμονίαν* vel solis, vel potissimum. Inferiora autem vel adminicula sunt virtutis vel instrumenta. quæ ea de causa bona esse nemo negavit, nisi in opinionem juratus. *Cassellius.*

<sup>40</sup> Καὶ αἰρετὸν καὶ φευκλὸν ἅμα αἰεί. Et expetendum & fugendum

simul semper.] Neque simul, neque semper; sed seorsim, & aliquando. Vita bono & sapienti viro expetenda est, stulto & malo non item: ut sectio ægrotanti, valenti nequaquam. *Wolfius.*

<sup>41</sup> Οὐκ ἂν εἶη ἕτερον ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν.] τὸ εἶναι redundare videtur, nisi peculiaris loquendi modus sit:

θὸν εἶναι τὸ ζῆν, ἔτε κακόν.  
 42 Ὅσπερ εἰδὲ ἰὸ τέμνειν, καὶ  
 καίειν ἐν τοῖς ἀφρώσεσιν  
 ἐστὶ νοσερὸν καὶ ὑγεινόν.  
 Ὡκῆν ἔγω καὶ ἐπὶ τῷ ζῆν  
 ἐστὶ ταῦτα. Σὺ τοίνυν ἔγω  
 θεώρησον. πότερον ἂν βέ-  
 λοιο ζῆν κακῶς, ἢ ἀποθα-  
 νεῖν καλῶς καὶ ἀνδρείως;  
 Ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς.  
 43 Οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀποθα-  
 νεῖν κακὸν ἐστίν, εἴπερ  
 αἰρετώτερόν ἐστι πολλάκις  
 τὸ ἀποθανεῖν ἢ ζῆν. Ἐστὶ  
 ταῦτα. Οὐκοῦν ὁ αὐτὸς  
 λόγος καὶ περὶ τῷ υἰαίνειν,  
 καὶ νοσεῖν. πολλάκις γὰρ οὐ  
 συμφέρει υἰαίνειν, ἀλλὰ  
 τὸναντίον, 44 ὅταν ἢ περὶ-  
 σασις τοιαύτη. Ἀληθῆ  
 λέγεις. Ἄγε δὴ, σκεψώ-  
 μεθα

fuerit, neque bonum;  
 sicut neque secare &  
 urere. Nam ægrotan-  
 tibus quidem ea salubria  
 sunt, sanis vero no-  
 xia. Eodem igitur mo-  
 do, & vita se habet.  
 Proinde sic tu rem con-  
 sidera: Malleſne male  
 vivere, an mortem be-  
 ne oppetere, ac fortiter?  
 Ego vero honeste mori.  
 Ergo neque mori est  
 malum. Si quidem oppetere mor-  
 tem sæpe magis est ex-  
 petendum, quam vivere.  
 Sunt ista. Eadem ergo  
 est & sanitatis ratio, &  
 morborum. Sæpe enim  
 valere non prodest, si  
 casus aliquis ita tulerit.  
 Vera dicis. Age vero,  
 & divitias eodem modo  
 con-

ut apud Aristotelem, κατηγορεῖσθαι  
 ἐκ τῆς τῆς ἦν εἶναι. *Idem.*

42 Ὅσπερ εἰδὲ τὸ τέμνειν.] Sa-  
 tis plana est sententia, quam tamen  
 interpretes non plane sunt assecuti.  
 Dixerat prius, fieri non posse, ut  
 eadem res per se, aut sua natura,  
 bona sit & mala. Quod uni bonum,  
 alteri malum, per se, neque bonum,  
 neque malum est. Ut in re medica,  
*Uri, secari*: quia quandoque prodest  
 ignis ad salutem: quandoque, no-  
 cet, si intempestive adhibeatur: er-  
 go per se, sive simpliciter & absolu-

te, neque bonum, neque malum.  
*Casaubonus.*

43 Οὐκῆν εἰδὲ τὸ ἀποθανεῖν.]  
 Mors non per se expetitur, sed ut  
 aut majus malum vitetur, turpitude  
 & miseria: aut majus acquiratur  
 bonum, immortalitas. His autem  
 sublatis, vita morti semper antepo-  
 netur. *Wolſius.*

44 Ὅταν ἢ περὶσασις τοιαύτη. Si  
 talis casus incidit.] Ut si quis  
 abutatur valetudine ad libidinem &  
 injuriam. *Idem.*

μεθ' αὐτῶν καὶ πλεῖστον πλεῖστον, κα-  
 κῶς δὲ ζῶντα τοῦτον καὶ  
 ἀφλίως. Νῆ Δία πολλούς  
 γε. Οὐκ ἔστιν ἔδεν τοῦτοισὶ ὁ  
 πλεῖστον βοηθεῖ εἰς τὸ ζῆν  
 καλῶς. Οὐ φαίνεται.  
 αὐτοὶ γὰρ φαῦλοί εἰσιν.  
 Οὐκ ἔστιν τὸ σπουδαίως εἶναι,  
 ἔχ' ὁ πλεῖστον ποιεῖ, ἀλλὰ  
 ἡ Παιδεία. Εἰκός γε. Ἐκ  
 τῆς ἀρετῆς ἔστι λόγος πᾶσι ὁ  
 πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν, εἴ-  
 περ οὐ βοηθεῖ τοῖς ἔχου-  
 σιν αὐτὸν εἰς τὸ βελτίως  
 εἶναι; Φαίνεται. Οὕτως  
 οὐδὲ συμφέρει ἀρετῆς ἐπί-  
 πλεῖστον, ὅταν μὴ ὀπί-  
 στανται τῷ πλεῖστῳ ζῆ-  
 σθαι. Δοκεῖ μοι. <sup>45</sup> Πῶς  
 οὖν τοῦτο ἂν ἴσως κρινεῖ  
 ἀγαθόν εἶναι, ὁ πολλάκις  
 οὐ

consideremus: si modo il-  
 lud considerare est, quod  
 sæpe videre licet, eun-  
 dem & habere divitias,  
 & male misereque vi-  
 vere. Mehercule mul-  
 tos. Nihil ergo eis di-  
 vitia conferunt ad be-  
 ne beateque vivendum?  
 Non videtur, cum ipsi  
 mali sint. Viros ergo  
 bonos, non Divitiæ,  
 sed Eruditio facit. Pro-  
 babile quidem est. Hac  
 ergo ratione Divitiæ  
 quei bonum sunt, cum  
 possessores suos in eo  
 non adjuvent ut fiant  
 meliores? Ita videtur.  
 Ergo nonnullis ne ex-  
 pedit quidem esse divi-  
 tes, cum divitiis uti  
 nesciant. Mea quidem  
 opinione. Quo pacto  
 ergo id quisquam bo-  
 num judicabit, quod  
 sæpe nullo modo sup-  
 petere

<sup>45</sup> Πῶς ἔν τῆτο ἂν τις κρινεῖ ἀ-  
 γαθόν εἶναι, ὁ πολλάκις ἐ συμφέ-  
 ρει ὑπάρχειν ἑδαμῶς. Quo pacto  
 quisquam id bonum esse judicet,  
 quod sæpe nequaquam suppetere  
 expedit? Imo quis malum judicet  
 id, quo semper uti recte liceat, quo-  
 que carete nunquam bono & pru-

denti viro sit commodum? Japa  
 quod ante dixit, divitias non esse  
 bonas, propterea quod bonum non  
 reddant: nonne eodem argumento  
 concludi possit, aurum non esse au-  
 rum, quod possessorem aureum non  
 faciat? quo quid ineptius & magis  
 puerile? *Idem.*

οὐ συμφέρει ὑπάρχειν;  
 Οὐδαμῶς. Οὐκ ἔν εἰ μὲν  
 ἡς ἑπίστα) πλῆτω χρη-  
 ῶ καλῶς καὶ ἐμπείρως,  
 οὐ βιώσει), εἰ δὲ μὴ, κα-  
 κῶς. Ἀληθέστατά μοι δο-  
 κεῖς τοῦτο λέγειν. Καὶ τὸ  
 σκόλον δὲ, τὸ πμᾶν ταῦ-  
 τὰ ὡς ἀγαθὰ ὄντα, ἢ  
 ἀπμάζειν ὡς κακὰ, τῆ-  
 τό ἐπι τὸ ταρᾶτιον τῆς  
 ἀνδρῶπων καὶ βλά-  
 πτον, ὅταν πμῶσί τε αὐ-  
 τὰ, <sup>46</sup> καὶ οἶονται ἀφ' ἐπ-  
 ταν μόνων εὐδαιμονεῖν,  
 καὶ πάνθ' ἐποιδύως πρᾶτ-  
 τασιν ἔνεκα τούτων, καὶ  
 τὰ ἀσεβέστατα δοκοῦντα  
 εἶναι, ταῦτα δὲ πάχισι  
 ἀφ' ἧν ἔαγαθὸ ἀγνοῖαν.

47 Re-

petere prodest? Nullo  
 pacto. Si quis ergo  
 divitiis bene & perite  
 uti scierit, bene vi-  
 vet: sin minus, ma-  
 le. Verissima dicere  
 mihi videris. Ad sum-  
 mam, quia hæc aut in  
 pretio sunt, ut bona;  
 aut in contemptu, ut  
 mala; id ipsum est quod  
 homines perturbet & læ-  
 dat; cum scilicet ea  
 mortales magnificiunt,  
 seque per ea sola Felici-  
 tatis fore compotes o-  
 pinantur: eorumque cau-  
 sa ordine faciunt om-  
 nia, etsi maxime im-  
 pia esse videantur. Hæc  
 vero eis accidunt, quia,  
 quid bonum sit, ig-  
 norant: neque didice-  
 runt,

<sup>46</sup> Καὶ εἶονται διὰ τῶν μόνων  
 εὐδαιμονεῖν. Seque putant per hæc  
 sola beatos fore.] Hic quidem er-  
 ror jure meritoque reprehenditur.  
 Sed si sapientia & virtus maxima  
 bona sunt, non sequitur, saniam  
 & divitias non esse bona, sed im-  
 perfectiora & minora bona, & cum  
 illis non comparanda: bona tamen  
 suo loco, & recte utenti. Bonum  
 enim consecasū totius humani gene-  
 ris non id tantum dicitur, quod  
 possessorem bonum facit: sed illud  
 etiam, quod ad naturam tum cor-  
 poris, tum animi conservandam &

instaurandam facit. Cum igitur di-  
 vitia, cibum, potum, vestitum, do-  
 micilium, medicinam, præceptores,  
 otium, libros suppeditent, quæ causâ  
 est, cur aut vitupententur, aut ne-  
 gentur esse bona? Verum ὑπερβολαί  
 τε καὶ μειώσεις Stoicorum eò per-  
 tinent, ut admirationem virtutis au-  
 geant, rerum externarum minuunt.  
 Ut enim plerique virtuti parum,  
 fortunæ muneribus nimium tri-  
 buunt: sic hi contrariam ingressi  
 viam, iniquum petere videntur, ut  
 æquum ferant, more mercatorio  
 atque etiam oratorio. Idem,

47 *Reliqua Græce nondum reperta sunt. Quæ textus Arabicus habet, hæc Latine suppleantur.*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

runt, fieri non possent, ut à malo quidquam boni producat, vel, quod bonum est, mali quid edat. Exempli causa; Divitiæ quam plurimæ per opera mala atque turpia comparantur: qualia sunt, mendacium, fraus, furtum, templorum & piscinarum spoliatio; & hujusmodi pleraque; quæ ab illis malis, quæ absolute talia sunt, ortum habent. Quare, si bonum nulla ratione ex malo proficiscatur, immensis opibus, à malo provenientius, titulum ullius boni attribueri non debes. Tum ego, necessario, inquam ex hoc sermone istud consequitur. Pergo, inquit ille; Nullam justitiam, sapientiam nullam, ex rebus

ma-

47 Appendicem versionis Arabicæ, quam quædam Cebetis editiones Latine versam exhibent, Salmastius pro genuina non habet: eo præcipue nixus argumento, quod in exemplaribus Græcis, quæ plura vidit antiquissima, eam non repererit. Putat igitur esse fœtum interpretis Arabis, qui etiam in prioribus haud pauca interpolavit, & addidit. Ego hactenus illi assentior, ut quandoquidem Græca desunt;

Latinis, cujuscunque sint, facile carere possimus: præcipue cum res ipsa à non uno vetere philosopho, Platone, Cicerone, aliisque tractata reperiat. Esse tamen Arabis interpretis assumptum, non adeo mihi probabile est, quod pars ejus etiam apud *Odaxium*, Veterem Cebetis interpretem Latinum, longe antequam versio Arabica cuiquam nota aut audita, nedum vulgata, inveniat. *Casaubonus.*

malis comparamus: neque per res laudabiles mali aut iniqui reddimur, quum nec illarum indoles fit, ex his existere; nec harum, ex illis. Nihil item prohibet, quominus opulentia, famæ amplitudine, victoriis, ac ejusdem censuræ aliis, pravi homines & iniqui fruuntur. Unde colligitur, hæc, atque similia, neque bona neque mala; verum Intelligentiam Sapienciamque solas Bona, ut Ignorantiam solam Malum esse. Cui ego; Evicisti: quantum judico, decretum hoc, inquam. Quod satis est. Et profligavimus eam opinionem, qua illa à pravis actionibus esse creduntur. utique multum hoc est, inquit: & idem ac illud, cujus causa diximus, talia neque bona neque mala esse. Idque eo magis, quod, si ea ex solis pravis actionibus provenirent, mala semper essent. Atqui ab utroque genere cuncta proficiuntur; ideoque neque bona ea, neque mala esse

esse diximus. Quemadmodum somnus vigiliaque, non bona, non mala sunt. Similiter, mea quidem sententia, & deambulare, & sedere, & reliquæ res, quæ unicuique intelligentium ignorantiumque contingunt. Sed eorum vero, quæ alterutrius propria sunt, alterum bonum, malum alterum est: ut tyrannis & iustitia: quæ duo aut uni accidunt, aut alteri; eo quod præditis intelligentia perpetuo iustitia adhæret, ipsa tyrannis nullos nisi ignorantibus comitatur. Nec enim fieri potest, quod nos ante diximus, ut uni eidemque rei, tempore uno & eodem, accidant res duæ ad eum se modum habentes; ita ut homo unus & idem eodem temporis momento & dormiat vigiletque, sapiens sit & ignarus simul, vel aliud quidlibet eorum quæ parem rationem habent. Ad hæc ego, Toto hoc, inquam, sermone rem omnem te jam absolvisse

autumo. Ille autem sic  
 respondit: Hæc universa  
 ego ab illo principio,  
 quod vere divinum est,  
 proficisci affirmo. At  
 quodnam illud est, in-  
 quam, quod tu innuis?  
 Ille id hujusmodi oratione  
 complexus est: Vita &  
 mors, sanitas & morbus,  
 divitiæ & paupertas, cæ-  
 teraque de quibus diximus  
 ea neque bona neque mala  
 esse, accidunt plerisque  
 hominibus à non-malo.  
 Plane conjicimus, inquam,  
 id necessario ex hoc ser-  
 mone sequi, talia nempe  
 neu bona neu mala esse:  
 ita tamen, ut haud me fir-  
 mum in hocce judicio  
 prædicem. Hoc fit, in-  
 quit, eo quo longiuscule  
 abs te abest habilitas illa,  
 qua sententiam hanc ima-  
 ginando debes concipere.  
 Quocirca rerum usum,  
 quem paulo ante vobis in-  
 dicavi, toto vitæ vestræ  
 curriculo persequimini: ut  
 ea, quæ dicta sunt, vestris  
 infigantur animis, perque  
 eadem habitus vobis acci-  
 dat. Quod si de aliquo  
 istorum



\*

istorum adhuc dubitaveritis, revertimini ad me, ut ea de re id ex me cognoscatis, cujus auxilio dubitatio discedat à vobis.

\*

*Finiunt ea, quibus Hercules Socraticus Cebet Platónico explicavit ænigma, contentum in ea imagine, quæ in vestibulo templi Saturno dicati inventa erat.*



A L T E R C A T I O  
H A D R I A N I A U G.  
E T  
E P I C T E T I P H I L O S O P H I.

\* \* \* primum est, quid sit mundus?

**EPIC.** Mundus est, ô Hadriane, constitutio cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt, de quibus paulo plus differam, si iis, quæ diceantur, diligenter intenderis. Mundus est spectabilis supellex, ineffabilis circuitus, per se genitum theorema; multiformis formatio; æternus tenor: circuitus sine errore, Solis lumen, dies, nox, astra, tenebræ, terra, aër, aqua.

**HAD.** Quid est Oceanus? **EPIC.** Oceanus est terminus coronatus, mundi amplexus, vinculum \*ancliticum, universæ naturæ circumcursus. Orbis sustentaculum, Audacia viæ, Limes terræ, Divisio regnorum, hospitium fluviorum, fons imbrium, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.

**HAD.** Quid est Deus? **EPIC.** Deus est summum bonum, mens immortalis, incontemplabilis celsitudo, forma multiformis, multiplex spiritus, incognitabilis inquisitio, insopitus oculus, omnia continens lux.

**HAD.** Quid est dies? **EPIC.** Stadium laboris; principium quotidianum, æterna computatio.

**HAD.** Quid est sol? **EPIC.** Mundi oculus, noctis concertatio, caloris circuitus, indeficiens cauma, splendor sine occasu, cœlestis viator, diei ornatus,  
cœli

cœli pulchritudo, naturæ gratia, horarum distribu-  
tor.

HAD. Quid est luna? EPICT. Cœli purpura,  
Solis æmula, malefactorum revelatrix, itinerantium  
folamen, navigantium directio, signum solennita-  
tum, recalculatio mensium, oculus noctis, roris lar-  
ga infusio, tempestatum præfaga.

HAD. Quid est terra? EPICT. Cœli basis, mun-  
di meditullium, Custos & Mater omnium, opercu-  
lum miserorum, devoratrix omnium ant. \*....  
nascentium, cellarium vitæ.

HAD. Quid est homo? EPICT. Mens incarnata,  
laboriosa anima, parvi temporis habitaculum, spiri-  
tus receptaculum, phantasma temporis, speculator  
vitæ, lucis desertor, vitæ consumptio, mancipium  
mortis, transiens viator, loci hospes.

HAD. Quid est cœlum? EPICT. Sphæra volu-  
bilis, culmen immensum.

HAD. Quid est pulchritudo? EPICT. Natura-  
lis captio, parvi temporis fortuna, flos marcidus,  
incompositum negotium, humana concupiscen-  
tia.

HAD. Quid est mulier? EPICT. Hominis confu-  
sio, infatiabilis bestia, sollicitudo continua, indefi-  
niens pugna, quotidianum damnum, tempestas do-  
mus, sollicitudinis impedimentum, viri incontinen-  
tis naufragium, adulterii vas, inconcisum prælium,  
animal proximum, pondus gravissimum, aspis insa-  
tiabilis, humanum mancipium.

HAD. Quid est amicus? EPICT. Homo vix ap-  
parens, desiderabile nomen, non invenienda posses-  
sio, refugium infelicitatis, miseræ respectio, inde-  
ficiens quies, indefinens sollicitas.

HAD. Quid agricola? EPICT. Laborum minister,  
ope-

operator multorum , terræ medicus , arbuſtorum plantator , montium complanator.

HAD. Quid eſt navis ? EPICT. Domus absque fundamento , avis lignea , incerta ſalus.

HAD. Quid nauta ? EPICT. Fluviorum viator , marinus equitator , orbis hoſpes , terræ deſertor , tempeſtatis concertator.

HAD. Quid ſunt divitiæ ? EPICT. Auri pondus , curarum miniſtratio , injucunda delectatio , inſatiabilis invidia , res deſiderata , deſiderium inexplebile , inviſa concupiſcentia.

HAD. Quid paupertas ? EPICT. Bonum odibile , fanitatis mater , curarum remotio , ſapientiæ repertrix , poſſeſſio absque calumnia , negotium ſine damno , ſine ſollicitudine felicitas.

HAD. Quid eſt Senectus ? EPICT. Optatum malum , viventium mors , Veneris experts , mors expectata.

HAD. Quid eſt ſomnus ? EPICT. Mortis imago , laborum quies , vigilantium ſapientia , victorum ſolutio , infirmantium votum , miſerorum deſiderium , univerſi ſpiritus requies.

HAD. Quid vita ? EPICT. Beatorum lætitia , miſerorum mœſtitia , expectatio mortis.

HAD. Quid eſt mors ? EPICT. Æternus ſomnus , diſſolutio corporum , divitum pavor , pauperum deſiderium , inevitabilis eventus , incerta peregrinatio , fuga vitæ , reſolutio omnium.

HAD. Quid eſt litera ? EPICT. Hiſtoriæ cuſtos.

HAD. Quid verbum ? EPICT. Animi proditor.

HAD. Quid eſt lingua ? EPICT. Aëris flagellatio.

HAD.

H A D. Quid est aër? E P I C T. Custodia vitæ.

H A D. Quid est libertas? E P I C. Hominis innocentia.

H A D. Quid est caput? E P I C T. Hominis culmen.

H A D. Quid est corpus? E P I C T. Animæ domicilium.

H A D. Quid comæ? E P I C T. Vestes capitis.

H A D. Quid barba? E P I C T. Sexus discretio.

H A D. Quid est cerebrum? E P I C T. Custos memoriæ.

H A D. Quid oculi? E P I C T. Duces corporis, indices animi.

H A D. Quid nares? E P I C T. Odorum attractio.

H A D. Quid aures? E P I C T. Sonorum consultatores.

H A D. Quid os? E P I C T. Nutritor corporis.

H A D. Quid dentes? E P I C T. Molæ mordentes.

H A D. Quid labia? E P I C T. Valvæ corporis.

H A D. Quid manus? E P I C T. Corporis operarii.

H A D. Quid digiti? E P I C T. Chordarum plectrum.

H A D. Quid pulmo? E P I C T. Servator aëris.

H A D. Quid est cor? E P I C T. Receptaculum vitæ.

H A D. Quid jecur? E P I C T. Custodia caloris.

HADR

H A D. Quid fel? E P I C T. Iracundiæ fuscæ  
ptaculum.

H A D. Quid splen? E P I C T. Risus & lætitiæ  
capax.

H A D. Quid stomachus? E P I C T. Ciborum  
coquus.

H A D. Quid ossa? E P I C T. Robur corpo-  
ris.

H A D. Quid coxæ? E P I C T. Epistylia co-  
lumnarum.

H A D. Quid pedes? E P I C T. Mobile funda-  
mentum.

H A D. Quid crura? E P I C T. Columnæ cor-  
poris.

H A D. Quid sanguis? E P I C T. Humor vena-  
rum vitæ.

H A D. Quid venæ? E P I C T. Fons carnis.

H A D. Quid est lux? E P I C T. Facies omnium  
rerum.

H A D. Quid stellæ? E P I C T. Pictura culmi-  
nis, nautarum gubernatores, noctis decor.

H A D. Quid pluvia? E P I C T. Conceptio ter-  
ræ, frugum genitrix.

H A D. Quid est nebula? E P I C T. Nox in die,  
labor oculorum.

H A D. Quid est ventus? E P I C T. Aëris per-  
turbatio, mobilitas agrorum, siccitas terræ.

H A D. Quid sunt flumina? E P I C T. Cursus  
indeficiens, refectio Solis, terræ irrigatio.

H A D. Quid est aqua? E P I C T. Subsidiū vi-  
tæ, ablutio fordium.

H A D. Quid est gelu? E P I C T. Herbarum  
persecutio, vinculum terræ, fons agrorum.

H A D. Quid est nix? E P I C T. Aqua sicca.

H A D.

HADR. Quid est hyems? EPICT. Æstatis exul.

HADR. Quid est ver? EPICT. Pictor terræ, maturatio fructuum.

HADR. Quid est quod amarum dulce facit? EPICT. Fames.

HADR. Quid est quod hominem lassum fieri non finit? EPICT. Lucrum.

HADR. Quid est spes? EPICT. Vigilanti somnium.

HADR. Quid est spes? EPICT. Refrigerium laboris, dubius eventus.

HADR. Quid est anima? EPICT. Æqualitas animorum.

HADR. Quid fides? EPICT. Ignotæ rei miranda celsitudo.

\* \* \* \* \*

HADR. Quid erit nobis si cinctum solvas, neque nudaberis ipse? respice corpus, quo & doceri possis.

EPICT. Epistola est.

HADR. Quid est epistola? EPICT. Tacitus nuncius.

HADR. Quid est pictura? EPICT. Veritas falsa.

HADR. Quare hoc dixisti? EPICT. Videmus enim poma picta, flores, animalia, aurum, argentum, & non est verum.

HADR. Quid est aurum? EPICT. Mancipium mortis.

HADR. Quid est argentum? EPICT. Invidiæ locus.

HADR. Quid est ferrum? EPICT. Omnis artis instrumentum.

Q

HADR.

H A D. Quid est gladius? E P I C T. Regimen castrorum.

H A D. Quid est gladiator? E P I C T. Sine crimine homicida.

H A D. Qui sunt qui sani ægrotant? E P I C T. Qui aliena negotia curant.

H A D. Qua ratione homo lassus non fit? E P I C T. Lucrum faciendo.

H A D. Quid est amicitia? E P I C T. Concordia.

H A D. Quid est longissimum? E P I C T. Spes.

H A D. Quid est spes? E P I C T. Vigilanti somnus. expectanti dubius eventus.

H A D. Quid est quod homo videre non potest? E P I C T. Alterius animum.

H A D. Qua re peccant homines? E P I C T. Cupiditate.

H A D. Quid est libertas? E P I C T. Innocentia.

H A D. Quid regi & misero commune est? E P I C T. Nasci & mori.

H A D. Quid est optimum ac pessimum? E P I C T. Verbum.

H A D. Quid est quod alii placet & alii displicet? E P I C T. Vita.

H A D. Quid est optima vita? E P I C T. Brevis-  
sima.

H A D. Quid est certissimum? E P I C T. Mors.

H A D. Quid est mors? E P I C T. Perpetua securitas.

H A D. Quid est mors? E P I C T. Timenda nulli, si sapiens degat, inimica vitæ, numen aman-



mantium, Metus parentum, Liberorum præda, Testamenti gratia, Post obitum sermo, Supremæ lacrymæ, Post memoriam oblivio, Fax rogi, Onus sepulchri, Titulus monumenti, Mors omnium malorum finis.

HADR. Quare mortuus coronatur? EPICT. Agonem se vitæ transegisse testatur.

HADR. Quare mortuo pollices ligantur? EPICT. Ut parem post obitum esse se nesciat.

HADR. Quid est vespillo? EPICT. Quem multi devitant, & nemo effugit.

HADR. Quid est robus? EPICT. Contentio crediti, persolutio debiti.

HADR. Quid est tuba? EPICT. Belli incitamentum, Castri signum, Arenæ admonitio, Scenæ commissio, Funeris deploratio.

HADR. Quid est monumentum? EPICT. Saxa stigmata, Otiosi viatoris spectatio.

HADR. Quid est homo pauper? EPICT. Quem ut puteum desertum, omnes aspiciunt, & suo loco illum relinquunt.

HADR. Quid est homo? EPICT. Balneo similis. Prima cella tepidaria unctuarium, infans natus perungitur. Secunda cella, sudatoria, pueritia est. Tertia cella aqua perferentaria juvenus. Quarta, cella frigidaria, senectus, omnibus æquat sententiam.

HADR. Quid est homo? EPICT. Pomo similis. Poma ut in arboribus pendent, sic sunt & corpora nostra, aut matura cadunt: aut, si cito, acerba ruunt.

HADR. Quid est homo? EPICT. Sicut lucerna in vento posita.

HADR. Quid est homo? EPICT. Loci hospes,

hospes, Legis imago, Calamitatis fabula, Mancipium mortis, Vitæ mora. Quo fortuna sæpe suos ludos facit.

HAD. Quis est fortuna? EPICT. Ut matrona nobilis, quæ in servos se impingit.

HAD. Quid est fortuna? EPICT. Sine iudicio proxima meta, Alienorum bonorum casus, Ad quem venit, splendorem ostendit, A quo recedit, umbram facit.

HAD. Quot sunt autem fortunæ? EPICT. Tres, Una cæca quæ ubilibet se impingit. Et alia insana, quæ concedit, cito aufert. Tertia furda, quæ miserorum preces non exaudit.

HAD. Quid sunt Dii? EPICT. Oculorum signa, Mentis numina: Si metuis timor est, si contines, religio est.

HAD. Quid est Sol? EPICT. Splendor orbis, qui tollit & ponit diem, per quem scire nobis cursum horarum datur.

HAD. Quid est Luna? EPICT. Diei adjutrix, Noctis oculus, Fax tenebrarum.

HAD. Quid est cælum? EPICT. Culmen immensum.

HAD. Quid est cælum? EPICT. Aër mundus.

HAD. Quid sunt stellæ? EPICT. Fata hominum.

HAD. Quid sunt stellæ? EPICT. Litora gubernatorum.

HAD. Quid est terra? EPICT. Horreum Cereris.

HAD. Quid est terra? EPICT. Cellarium vitæ.

HAD. Quid est mare? EPICT. Iter incertum.

HAD.

HAD. Quid est navis? EPICT. Domus erratic.

HAD. Quid est navis? EPICT. Ubilibet hospitium.

HAD. Quid est navis? EPICT. Numina Neptuni, Anni cursuum tabellarium.

HAD. Quid est Nauta? EPICT. Amator Pelagi, Firmi defertor, Contemptor vitæ, inortisque, Undæ cliens.

HAD. Quid est somnus? EPICT. Mortis imago.

HAD. Quid est nox? EPICT. Labranti requies, Grassanti lucrum.

HAD. Quid est culcitra? EPICT. In somnis volutatorium.

HAD. Quare Venus nuda pingitur? EPICT. Nuda Venus picta, nudi pinguntur amores. Quibus nuda placet, nudos dimittat oportet.

HAD. Quare Venus Vulcano nupta est? EPICT. Ostendit amorem ardore incendi.

HAD. Quare Venus straba est? EPICT. Quia pravus est amor.

HAD. Quid est amor? EPICT. Otiosi pectoris molestia, In puero pudor, In virgine rabor, In scemina furor, In juvene ardor, In sene risus, In derisore delicti, nequities est.

HAD. Quid est Deus? EPICT. Qui omnia tenet.

HAD. Quid est sacrificium? EPICT. Delibatio.

HAD. Quid est sine societate? EPICT. Regnum.

HAD. Quid est regnum? EPICT. Pars decorum.

HAD. Quid est Cæsar? EPICT. Publicæ lucis caput.

HAD. Quid est senatus? EPICT. Ornamentum urbis, splendor civium.

HAD. Quid est miles? EPICT. Murus imperii, Defensor patriæ, Gloriosa servitus, Potestatis indicium.

HAD. Quid est Roma? EPICT. Fons imperii orbis terrarum, Mater gentium, Rei possessior, Romanorum contubernium, Pacis æternæ consecratio.

HAD. Quid est victoria? EPICT. Belli discordia, Pacis amor.

HAD. Quid est pax? EPICT. Tranquilla libertas.

HAD. Quid est forum? EPICT. Templum libertatis, Arena litigantium.

HAD. Quid sunt amici? EPICT. Statuæ auræ sunt.

HAD. Quid est amicus? EPICT. Pomo citreo similis, foris beatus, nam intra pectus acidum occultat malo.

HAD. Quid sunt parasiti? EPICT. Qui tanquam pisces adescantur.

## DISPUTATIO

*Regalis & nobilissimi Juvenis*

P I P P I N I

C U M

A L B I N O

SCHOLASTICO.

**P**ip. Quid est litera? A L B. Custos historiae.  
 Pip. Quid est verbum? A L B. Proditor animi.

Pip. Quis generat verbum? A L B. Lingua.

Pip. Quid est lingua? A L B. Fagellum aëris.

Pip. Quid est aër? A L B. Custodia vitæ.

Pip. Quid est vita? A L B. Beatorum lætitia, miserorum mæstitia, expectatio mortis.

Pip. Quid est mors? A L B. Inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, Lachrymæ viventium, Testamenti firmamentum, latro hominis.

Pip. Quid est homo? A L B. Mancipium mortis, transiens viator, loci hospes.

Pip. Cui similis est homo? A L B. Pomo.

Pip. Quomodo positus est homo? A L B. Ut lucerna in vento.

Pip. Ubi est positus? A L B. Intra sex parietes.

Pip. Quos? A L B. Supra, subtus, ante, retro, dextra, lævaque.

Q 4

Pip.

Pip. Quot habet socios? A L B. Quatuor.

Pip. Quos? A L B. Calorem, frigus, siccitatem, humorem.

Pip. Quot modis variabilis est? A L B. Sex.

Pip. Quibus? A L B. Esurie & saturitate, requie & labore, vigiliis & somno.

Pip. Quid est somnus? A L B. Mortis imago.

Pip. Quid est libertas hominis? A L B. Innocentia.

Pip. Quid est caput? A L B. Culmen corporis.

Pip. Quid est corpus? A L B. Domicilium animæ.

Pip. Quid sunt comæ? A L B. Vestes capitæ.

Pip. Quid est barba? A L B. Sexus discretio, honor ætatis.

Pip. Quid est cerebrum? A L B. Servator memoriæ.

Pip. Quid sunt oculi? A L B. Duces corporis, vasa luminis, animi indices.

Pip. Quid sunt nares? A L B. Adductio odorum.

Pip. Quid sunt aures? A L B. Collatores sonorum.

Pip. Quid est frons? A L B. Imago animi.

Pip. Quid est os? A L B. Nutritor corporis.

Pip. Quid sunt dentes? A L B. Mola molarum.

Pip. Quid sunt labia? A L B. Valvæ oris.

Pip. Quid est gula? A L B. Devorator cibi.

Pip. Quid manus? A L B. Operarii corporis.

Pip.

Pip. Quid sunt digiti? A L B. Chordarum ple-  
stra.

Pip. Quid est pulmo? A L B. Servator aë-  
ris.

Pip. Quid est cor? A L B. Receptaculum vi-  
tæ.

Pip. Quid est jecur? A L B. Custodia calo-  
ris.

Pip. Quid est fel? A L B. Suscitatio iracun-  
diæ.

Pip. Quid est splen? A L B. Risus & lætitiæ  
capax.

Pip. Quid est stomachus? A L B. Ciborum  
coctor.

Pip. Quid est venter? A L B. Custos fragi-  
lium.

Pip. Quid sunt ossa? A L B. Fortitudo cor-  
poris.

Pip. Quid sunt coxæ? A L B. Epistylia colu-  
mnarum.

Pip. Quid sunt crura? A L B. Columnæ cor-  
poris.

Pip. Quid sunt pedes? A L B. Mobile funda-  
mentum.

Pip. Quid est sanguis? A L B. Humor vena-  
rum, vitæ alimentum.

Pip. Quid sunt venæ? A L B. Fontes car-  
nis.

Pip. Quid est cœlum? A L B. Sphæra volu-  
bilis.

Pip. Quid est lux? A L B. Facies omnium re-  
rum.

Pip. Quid est dies? A L B. Incitamentum la-  
boris.

Pip. Quid est Sol? A L B. Splendor orbis, cœli pulchritudo, naturæ gratia, honor diei, horarum distributor.

Pip. Quid est Luna? A L B. Oculus noctis, roris larga, præfaga tempestatum.

Pip. Quid sunt stellæ? A L B. Pictura culminis, nautarum gubernatores, noctis decor.

Pip. Quid est pluvia? A L B. Conceptio terræ, frugum genitrix.

Pip. Quid est nebula? A L B. Nox in die, labor oculorum.

Pip. Quid est ventus? A L B. Aëris perturbatio, mobilitas aquarum, siccitas terræ.

Pip. Quid est terra? A L B. Mater crescentium, nutritrix viventium, cellarium vitæ, devoratrix omnium.

Pip. Quid est mare? A L B. Audaciæ via, limesterræ, divisor regionum, hospitium fluviorum, fons imbrum, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.

Pip. Quid sunt flumina? A L B. Cursus indeficiens, refectio solis, irrigatio terræ.

Pip. Quid est aqua? A L B. Subsidium vitæ, ablutio sordium.

Pip. Quid est ignis? A L B. Calor nimius, fœtus nascentium, maturitas frugum.

Pip. Quid est frigus? A L B. Febricitas membrorum.

Pip. Quid est gelu? A L B. Persecutio herbarum, perditio foliorum, vinculum foliorum, vinculum terræ, fons aquarum.

Pip. Quid est nix? A L B. Aqua sicca.

Pip. Quid est hyems? A L B. Æstatis exul.

Pip. Quid est ver? A L B. Pictor terræ.

Pip.



Pip. Quid est æstas? A L B. Revestio terræ, maturatio frugum.

Pip. Quid est autumnus? A L B. Horreum anni.

Pip. Quid est annus? A L B. Quadriga mundi.

Pip. Quis ducit? A L B. Nox & Dies, Frigus & Calor.

Pip. Quis est auriga ejus? A L B. Sol & Luna.

Pip. Quot habet palatia? A L B. Duodecim.

Pip. Qui sunt Prætores palatiorum? A L B. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, Aquarius, Pisces.

Pip. Quot dies habitat in unoquoque palatio? A L B. Sol xxx. & \* exmis horas. Luna duos dies & octo horas, bestie unius horæ.

Pip. Magister, timeo altum ire. A L B. Quis te duxit in altum?

Pip. Curiositas. A L B. Si times, descendam, sequar quocunque ieris.

Pip. Si scirem quid esset navis, præpararem tibi, ut venires ad me? A L B. Navis est domus erratica, ubilibet hospitium, viator sine vestigiis, vicina arenæ.

Pip. Quid est arena? A L B. Murus terræ.

Pip. Quid est herba? A L B. Vestis terræ.

Pip. Quid sunt holera? A L B. Amici medicorum, laus cocorum.

Pip. Quid est \*amar<sup>x</sup> dulcia facit? A L B. Fames.

Pip. Quid est quod hominem non lassum facit? A L B. Lucrum.

Pip. Quid est vigilantanti somnus? A L B. Spes.

Pip. Quid est spes? A L B. Refrigerium laboris.

Pip.

Pip. Quid est amicitia? A L B. Æqualitas amicorum.

Pip. Quid fides? A L B. Ignotæ rei admiranda certitudo.

Pip. Quid est mirum? A L B. Nuper vidi hominem stantem, mortuum ambulans, qui nunquam fuit.

Pip. Quomodo potest esse, pande mihi? A L B. Imago in aqua.

Pip. Cur hoc non intellexi per me, dum toties vidi illum? A L B. Quia bonæ indolis es juvenis, & naturalis ingenii, proponam tibi quædam alia mira, tentans, si per te ipsum possis conjicere illa.

Pip. Faciam, tamen ita, si secus, quam est, dicam, corrigas me. A L B. Faciam ut vis. Quidam ignotus mecum sine lingua & voce locutus est, qui nunquam ante fuit, nec postea erit, & quem non audiebam, nec novi.

Pip. Somnium te fatigavit, Magister. A L B. Etiam fili. Audi & aliud: Vidi mortuos generare vivum, & aura vivi consumpti sunt mortui.

Pip. De fricatione arborum ignis natus est consumens. A L B. Verum est. Audivi mortuos multa loquentes.

Pip. Nunquam bene, nisi suspendantur in aëre. A L B. Vere. Vidi ignem inextinctum pausare in aqua.

Pip. Silicem. A L B. Ut reris, sic est. Vidi mortuum sedentem super vivum, & in ritu mortui mortuus est vivus.

Pip. Hoc coci nostri norunt. A L B. Sed pone digitum super os, ne pueri hoc audiant, quid sit. Fui in venatione cum aliis, in qua si quid cepimus, nihil nobiscum portavimus: quem non potuimus capere, domum portavimus nobiscum,

Pip.

Pip. Rusticorum est hæc venatio. A L B. Est. Vidi quendam natum, antequam esset conceptus.

Pip. Vidisti, & forte manducaſti. A L B. Manducaſti. Quid est, qui non est, & nomen habet, & responſum dat ſonanti?

Pip. Biblos in ſilva interroga. A L B. Vidi hoſpitem currentem, cum domo ſua, & ille tacebat, & domus ſonabat.

Pip. Para mihi rete, & pandam tibi. A L B. Quis est, quem videre non potes, niſi clauſis oculis.

Pip. Qui ſtertit, tibi oſtendit illum. A L B. Vidi hominem octo in manu tenentem, & de octonis rapuit ſeptem, & remaſerunt ſex.

Pip. Pueri in ſcholis hoc ſciunt. A L B. Quis est, cui ſi caput abſtuleris, altior ſurgit.

Pip. Vide ad lectum tuum, & ibi inuenies. A L B. Tres fuere, unus nuſquam natus, & ſemel mortuus, \* tertius ſemel natus, & bis mortuus.

Pip. Primus æquiuocus terræ, ſecundus dō meo, tertius homini pauperi. A L B. Dic tamen primas literas.

Pip. I. V. XXX. A L B. Vidi ſceminam volantem, roſtrum habentem ferreum, corpus ligneum, & caudam pennatam, mortem portantem.

Pip. Socia est militum. A L B. Quid est miles?

Pip. Murus imperii, timor hoſtium, glorioſum ſeruitium. A L B. Quid est, quod est, & non est?

Pip. Nihil. A L B. Quomodo poteſt eſſe, & non eſſe?

Pip. Nomine est, & re non est. A L B. Quid est tacitus nuntius?

Pip. Quem manu teneo. A L B. Quid tenes manu?

Pip. Epistolam meam. A L B. Lege feliciter.

N I K A.

# ΝΙΚΑΡΙΟΥ NICARII

ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ

INTERROGATIONES

καὶ

&amp;

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ.

RESPONSIONES.

Τί ψυχή;  
Τὸ κινεῖσθαι.

Τί ἀψυχή;  
Τὸ μὴ κινεῖσθαι.

Τί κοινόν;

Ζωή.

Τί φθόνος;  
\* \* \*

Quid anima?  
Quod movetur.

Quid sine anima?  
Quod non movetur.

Quid commune?

Vita.

Quid invidia?

\* \* \*

# ΚΑΡΦΙΛΙΔΟΣ CARFILIDIS

ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ

INTERROGATIONES

καὶ

&amp;

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ.

RESPONSA.

Τί Θεός;  
Αὐτογενὴς Δείασις.

Τί κόσμος;  
Αἰχρίσασον χωρημα.

Τί ὠκεανός;  
Φυσικὸς Πείδρομος.

Τί ἡμέρα;  
Αἰχρί καὶ Δημευή.

Quid Deus?  
Naturalis visus.

Quid orbis?  
Infatiabilis capacitas.

Quid oceanus?  
Naturalis circuitus.

Quid dies?  
Initium cotidianum.

Τί

Τί γῆ;	Quid terra?
Καρπῶν μήτηρ.	Fructuum mater.
Τί ἄνθρωπος;	Quid homo?
Ὀλιγοχρόνιον φάντασμα.	Minimi temporis fan- tasia.
Τί φίλος;	Quid amicus?
Ἀνεγκριτον κῆμα.	Incomparabilis res.
Τί πλεῖον;	Quid divitiæ?
Καθημερινὴ ἐξουσία.	Cotidiana potestas.
Τί λεγόμενα;	Quid dicta?
Τύφλωσις.	Cæcitas.
Τί ἀρχή;	Quid auctoritas?
Ἐνδεία.	Inopia.
Τί πλεῖσι;	Quid dives?
Σαῦς καταγελαστή.	Tabula derisoria.
Τί ναύτης;	Quid nauta?
Κυμάτων ἑταῖρος.	Fluctuum comes.
Τί μονομάχος;	Quid gladiator?
Τύχης αἰτίημα.	Fati querela.
Τί γυνή;	Quid mulier?
Οἰκεῖον ἀγροειον.	Domesticum nundi- num.
Τί φθόνος;	Quid invidia?
Ἐπεροχή.	Exuperantia.
Τί γονεῖς;	Quid parentes?
Σπέρμα.	Semen.
Τί ὤριμον;	Quid maturum?
Χεῖμασις.	Tempestivitas.
Τί ἀκερὲς;	Quid certum.
Ἀλήθεια.	Veritas.

Τί ὅλον;	Quid totum?
Διαβολή.	Crimen.
Τί μισπτόν;	Quid odiosum?
Ψεῦδος.	Mendacium.
Τί θύτυχία;	Quid felicitas?
Καιρός.	Tempus.
Τί ἀθῶον;	Quid innocentia?
Καλὸν εὐθύμημα.	Bona cogitatio.
Τί νόμος;	Quid lex?
Ἀνάγκη.	Necessitas.
Τί ὀπείκεια;	Quid quietum?
Εἰρήνη.	Pax.
Τί Φιλία;	Quid amicitia?
Καλοκαγαθία.	Benivolentia?
Τί ἐχθρα;	Quid inimicitia.
Φθόνος.	Invidia.
Τί ἡμέρα εὐεργητή;	Quid dies festus?
Πραῖγμα.	Causa.
Τί θάνατος;	Quid mors?
Διάλυσις.	Solutio.
Τί ἰατρική;	Quid medicina?
Εὐχρησία.	Commoditas.
Τί πιστόν;	Quid fidele?
Γῆ.	Terra.
Τί ἀπίστον;	Quid infidele?
Θάλασσα.	Mare.
Τί ἀπληροῦς;	Quid avidum?
Κέρδος.	Lucrum?
Τί κοινόν;	Quid commune?
Φῶς.	Lux.

Τί ἀκοινώνητον;  
 Βασιλεία.  
 Τί κάλλος;  
 Φυσική ζωγραφία;  
 Τί φωνή;  
 Πνεῦμα.  
 Τί δύναμις;  
 Ἐνδοξον ὄνομα.  
 Τί ἀλιεύς;  
 Ἰχθύων σκοπευτής.  
 Τί ἥλιος;  
 Οὐρανόσφαιρος ὀφθαλμός.

Quid sine socio?  
 Regnum.  
 Quid pulchritudo?  
 Naturalis pictura.  
 Quid vox?  
 Spiritus.  
 Quid virtus?  
 Gloriosum nomen.  
 Quid piscator?  
 Piscium speculator.  
 Quid Sol?  
 Cœlestis oculus.

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ  
 ΦΡΟΝΙΜΩΝ.

RESPONSA  
 SAPIENTUM.

Πρῶτον ἐπιρώτησεν ὡς  
 αὐτῷ δοξείε πλείονας  
 εἶναι τὰς ζῶντας ἢ ἀπο-  
 θνήσκοντας;

Οὗτος εἶπε ζῶντας.  
 ἀνάγκη γάρ ἐστιν τὰς ὄν-  
 τας πλείονας εἶναι ἢ τὰ μὴ  
 ὄντων.

Δεύτερον ἐπιρώτησεν,  
 πότερον μείζων εἶη, γῆ ἢ  
 θάλασσα;

Ὁ δὲ εἶπεν, Γῆ. καὶ γὰρ  
 ἡ θάλασσα ὄπισθ' τῆς γῆς  
 ἐστίν.

Primum interroga-  
 vit, Utrum ei vi-  
 deretur, plures esse  
 vivos aut mortuos?

Is dixit vivos, ne-  
 cesse enim, qui sunt,  
 plures esse quam qui  
 non sunt.

Secundo interro-  
 gavit, Utrum major  
 esset, terra aut mare.

Is dixit, terra:  
 Nam & mare super  
 terram est.

R

Τῷ

Τῷ τρίτῳ ἐπιρώ-  
τησεν, τί τερατοδέσε-  
ρον δοκεῖ εἶναι τῶν θη-  
ρίων;

Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ἐδείς  
'ὄπίστα).

Τῷ τετάρτῳ ἐπιρώτη-  
σεν. Διὰ τί μάχασθαι συμ-  
βουλεύοιαι;

Οὗτος εἶπεν, Ἴνα  
καλῶς ζώσοιαι, ἢ ἰαχυ-  
ρῶς ἀποθνήσκωσι.

Τῷ πέμπτῳ ἠρώτησεν,  
Τίς πρῶτος ἐγενήθη νύξ  
ἢ ἡμέρα;

Ὁ δὲ εἶπεν, νύξ αὖ μίαν  
πρότερον ἢ ἡμέραν.

Τῷ ἕκτῳ ἠρώτησεν, τί  
ἐν ἡσ πειῶν γλυκὺς γί-  
νεται;

Οὗτος εἶπεν, ὁ ἐδύ-  
ναται ἀλλ' ἄνθρωπος  
ποιεῖν.

Τῷ ἑβδόμῳ ἠρώτη-  
σεν, Τί ἐν ἡσ πειῶν,  
ἀγαθὸς καὶ καλὸς γίνου-  
το;

Οὗτος εἶπεν, εἰ ὁ δύ-  
νατὸς ἂν, ἐδραὶ φοβερὸς  
εἶη.

Tertio interroga-  
vit, quod monstruo-  
sius esse videretur be-  
stiarum?

Is dixit, Quod ne-  
mo scit.

Quarto interroga-  
vit, Quare pugnare  
consiliarentur?

Is dixit, ut bene  
vivant, aut fortiter  
moriantur.

Quinto interroga-  
vit, Qui primus na-  
tus est, nox aut dies?

Is dixit, noctem  
unam ante diem.

Sexto interrogavit,  
Quid aliquis faciendo  
dulcis fiat?

Is dixit, Quod non  
potest alius homo fa-  
cere.

Septimo interroga-  
vit, Quid aliquis fa-  
ciendo bonus fiat?

Is dixit, Qui quum  
potens est, nemini  
metuendus est.

Ὀκτα-



Τῷ ὀγδῶ ἐπιρώτησεν,  
 πότερόν ἐστιν σιμωτερον,  
 θάλασσῃ ἢ ζώῃ;

Οὗτῃ εἶπεν, ζώῃ.

Ἐνάτω ἐπιρώτησεν,  
 ἕως πότε καλή ἐστιν ἡ  
 ζώῃ;

Οὗτῃ εἶπεν. ἕως ἀν-  
 λογίσσοντῃ λήσιμον εἶναι.

Octavo interroga-  
 vit, Utrum esset fir-  
 mius, mors aut vita?

Is dixit, Vita.

Nono interrogavit,  
 usque quamdiu bona  
 est vita?

Is dixit, Donec ar-  
 bitrentur utilius esse.

F I N I S.



R 2

J A-

THE  
LIBRARY OF THE  
MUSEUM OF NATURAL HISTORY  
LONDON  
1850

1850



JACOBI J. F. F. GRONOVII

N O T Æ

A D

G R Æ C A M

ENCHIRIDII

PARAPHRASIN.

JACOBI J. F. GRONOVII

N O T A E

G R A M

ENCHIRIDIUM

PARAPHRASIN.



JACOBUS J. F. F. GRONOVIVS

LECTURO S.



Uum intellexissem in nova hujus paraphraseos editione calefieri typos, facile statim passus sum me adduci, ut ad ornamentum ejus pariter ac solatium Christianæ rei hæc, quæ vides, evulgarem; & quibus hætenus ipse solus fruens, frequenter uberri- mo Medicæ erga Musas Liberalitatis the- fauro amantissimas gratias agebam, nunc confessio ista duplicaretur, tuque particeps & confors factus eodem plausu magnifica illa scrinia prosequeris. Id quanquam tunc, ut dico, statim constituerim, ipsum tempus in- terea fecit, ut promissionem istam meam nunc res multo promptius sequatur, post- quam paucis diebus, conferentibus operas Amstelodamo ac Franckera, vidi eandem paraphrasin prodiisse cum quibusdam Arriani

R 4

fieri.

scriptorum stultis ex recensione nescio cujus Capniæ. Eam recensionem sic ibi institutam animadverti, ut nihil occurrat, quod impensam vel emptoris vel typorum mereatur; nihil, quo appareat illum recensentem vel minimum publico voluisse benefacere, vel operæ suæ subsidio, lectionis, quam instituit, scopulos amovere & explanare voluisse: denique nihil ibi nisi recoctam bona fide olidissimam cramben & meram loci sui infamiam. Quum enim hæc ipsa, quæ cum summa voluptate nostra collegimus, recognoveris, quot capita dices ab illo male sedulo parario vel lecta unquam vel intellecta? vel etiam judicio aut Christianæ pietatis aut Græcæ literaturæ dotibus polito recensita? Sed hanc negligentissimam vanitatem ipsa hæc declarabunt. Arriani Tactica qualem ipsius recensionem senserunt? Videbis non longe ab principio vertisse Schefferum. *Sunt autem omnia illa scripta nunc quidem minus utilia, quippe in eorum facta usum, qui jam tenent artem, atque ideo vocabula quoque armorum quorumlibet & acierum velut vulgonota, commemorare omiserunt, quæ nunc nisi exponantur, penitus sunt incognita.* Non apposui Græca; quoniam non id agitur, an Græcorum peritiam recensor iste habeat: immo an non indicium dederit hominis mente manci & meliore parte imminuti. Eas enim, Lector,

& crede talia scripsisse Arrianum. Quare quæso id de suo tempore magis adfirmaret Arrianus, quam omnibus de seculis ante ipsum? Quod si jam Græca inspicere placet, an ullum ibi signum distincti temporis existit? Rursum invenies de enomotia capite 10. (sed sic quoque insaniam ille suam prodere debebat omittendis illis distinctionibus per capita, quæ rite sapienterque apposuerat Schefferus.)

οἱ μὲν γὰρ ἄλλο ὄνομα τῷ λόγῳ εἶναι τῆτο. Interpretantur illi, *quidam putant aliud quid significare quam ordinem.* Quid? an mirum est pueros nos notasse non aliud Græca velle & indigetare, nisi quibusdam εἰσωπιάν vocabulum par vocabulo λόγῳ, & idem illi significare? Nam aliud quid quam λόγον significare etiam volunt illi, qui partem ejus quartam censent, atque ita plane evanidum erit hoc comma. Invenies cap. 9. μικῦναι τὸ πρῶσωπον verti ab istis *sive contrahatur frons.* Invenies cap. 17. Synaspismum illic describi ἐπειδὴν εἰς τοσὸν δὲ πυκνώσει τὴν Φάλαγγα. Agnoscis Græca. Et hoc ab recensentis perfidia, quum Schefferus ediderit ἐπ' ἀν, unde legendum erat, ἐπὴν εἰς τοσόνδε πυκνώσει τὴν Φάλαγγα. Invenies illic insignem causam, cur ἄπειράται post λοχαγὸν debeant esse δούτεροι καὶ δρετίω, sic ab Arriano reddi. ἤδη δὲ ἡς καὶ μαχαίρα ἔσαντίς ἐφικέσθαι ἐδυήθη, ὑπερενεγκῶν ὑπὲς τ' ἐμπροσθεν τεταγμένον τὴν πλη-

γῆν. Non quod hæc sit unica ratio, sed secunda ex tribus, cui tertia deinde statim subnectitur, ἡ πεπνιγμένη ἡγεμόνῃ ἢ ἡ τρωθέντῃ ὡς ἀπόμαχον γενέσθαι, ἀσπιδήσους ὁ ἀρῶντῃ ἔπιτάτης εἰς λοχαγῶν τάξιν τε ἡ ἀξίωσιν κατέστη. Sed has duas egregias & multum sane diversas rationes illic stolidissime confundi & sic verti videbis. *Quod si accidat quem gladio ab adversariis ferri, potest illato ei, qui stat ante ipsum, vulnere & vel cadente præfecto suo vel vulnerato & inutili facto ad pugnam procurare Epistata primus.* Quam procul ab mente Arriani! quam profus hanc esse Græca dicunt. *Fam quoque aliquis (eorum epistatarum) gladio ferire hostem invadentem potest, super & trans eum, qui antestat, plagam perferens. Rursum quoque cadente duce aut etiam sic vulnerato, ut pugnae amplius interesse nequeat, profiliens primus epistata in ducis loco ac dignitate se collocare potest.* Sed hos fædissimos portenti istius ex Frisia nævos, & stigmata hodiernorum typorum, nihil fere nisi revomentium ea, quæ sæpius cantitata sunt, illic quodcunque cujusvis folii latus demonstrat adeo multipliciter, ut pigeat pudeatque. Id ut in hac paraphrasi caverem, & appareret novæ editionis pretium, hæc & quæ sequuntur, scripta crede, Lector, & Vale.

Quod at titulum attinet, Casaubonus contra Barthium occœcatus pugnat & plane in  
tenc-



tenebris, quippe non videns, quod prorsus illi videndum erat. Nam quæ scribendi ratio est ὑποθήκαι ἐς ὑπόθεσιν? Utrum gentiles prisci sic loquebantur, an Christiani? Quidni ὑποθέσς εἰς ὑπόθηκω? Equidem mihi semper visæ sunt aliunde accessisse voces illæ Εἰς πικτήτε τέχνη ἀνθρώπων διορθωτική, quale genus titulorum non est antiqui decoris; nunc vero auctoritatem meam fulcit egregia membrana Medicæ, quæ hinc demum incipit & correctissime exhibet Ὑποθήκαι ἀς εἰς ὑπόμνησιν ἑαυτῶν &c. Negari utique nequit hæc omnia esse convenientissima. Quoties enim in his non occurrit μέμνησο? & secum loquens format sibi scrupulos ex vita tunc quotidiana venientes, & sibi consilium præbet. Itaque ego censeam ut posthac quidem inscribatur hic libellus non Παράφρασις ἐγχειρίδης, quod plane alienum hinc vocabulum est, sed ἐγχειρίδιον χειριῶν. Prorsus enim est ipsum enchiridion, sed ad Christianam modo disciplinam formatum. Et quid illud significet, jam clare explanat hæc largior interpretatio, quam restituimus.

C A P. I.

Μέμνηθι Θεῶς καὶ ἀνθρώπων] Miror gloriari ausum bonum virum, ab se correctæ quæ satis obvia cuivis & manifesta. Quæ Christiana auris non offendit ad hæc gentilia? Emenda  
ocius

ocius θεόν, ut vere in Ms. Sed & habebat idem μέμψη ἢ θεόν ἢ ἀνθρώπους, nec causa est cur in tam tenui abiisse credatur ab Epicteto. Mox etiam εἰδείς σε ἀναγκάσῃ.

## C A P. II.

Εἰ αὖ ἔπιμελεῖσθαι] Imo εἰ αὖ, ut cap. 17. Πατέρες ἔπιμελέμενον, ubi prave vulgo πάτερον.

## C A P. III.

Φαντασία δεικνυῖν] Ms. ἔπιδεικνυῖν. & mox ἔπειτα δὲ ἢ αὐτὴν δοκίμαζε, plenius & planius, haud dubie; ne sit necesse cum Merico vertere *rem ad has regulas exige*.

Μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ ὃ ἐκκλίνεις] Verius & ad custodiam Græcismi suavius Ms. ᾧ ἐκκλίν. Sic enim solent. Etiam noster c. 36. περιπίπτῃς οἷς ἐκκλίνεις. Mox idem ἢ ὁ μὲν ὀρέξῃ σπυγῇ.

## C A P. IV.

Εἴαν δὲ μόνα] Retinet Ms. ex Epicteto εἴαν μὲν εἴν μόνα. nec fuit causa mutandi. Saltem debuerunt εἴαν δὲ μόνα. Sed & mox περιπέσῃς. Iterum ἢ τὴν ὀρέξιν δὲ ac denique ἢ τε ἐφ' ἡμῶν.

## C A P. V.

Ὅτι φύσιν ἔχουσα] Imo ἔχουσαν, ut recte Ms. Id

Id vere Græcum est, non alterum: & passim sic occurrit.

C A P. VI.

Παρρησίας πλέον σε μετέχοντάς] Ms. πλείονός σε.

C A P. VII.

Καὶ τοῖς μάρτυσι] Tanquam soli sic καὶ ἕξο-  
χὴν dicti Christianos exemplis suis animassent.  
Præclare Ms. καὶ τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς μάρτυσι  
δεινὸν ἀνὲρ φαίν. Sed & mox plenissime ὅταν ἐν  
ἐμποδιζόμεθα ἢ παρεασώμεθα ἢ λυπώμεθα. Etiam  
statim ἀπασώμεθα ἀλλ' ἢ ἑαυτῆς.

C A P. IX.

Σὺ δὲ ὅταν λέγῃ] Immo λέγῃς ex Ms.

Ε'πὶ τῶν ἀγαθῶν σεμνύῃ] Et cur ita? Certe  
ex præcedentibus potuit apparere satis legen-  
dum esse ὅτι σὺ ἀγαθῶ σεμνύῃς.

C A P. X.

Ψιμάδας σινάξαι] Quam vana est hariola-  
tio Casauboni pro voce corrupta ponentis ψε-  
κάδας? Quid igitur? an & Cicero ab Roma-  
nis illis scribit stillas guttasve madoris cujus-  
cunque lectas? Nam quomodo ea vox inter-  
pretatur *umbiliculus*? Tædet talia vulgari ab  
eruditis. Sed & putet omnis ille locus. Quis  
enim

enim dixit aut supponit, eos qui aquatum exire jubentur, cochleas in transitu legere? Dicit *nihil vetat*? imo vetat publica fitis, vetat tempestas, vetat edictum imperantis. Ne dicam stulte subductum navigium dici *καθορμιδιον*. Quin omnia sic restituenda: ὅ πλοῖα καθορμιδιῶν ἐξέλθοις ὑδροῦσα ἄλ, ὁ δὲ μὲν πάρεργον ἐπι κοχλίδας ἀναλέξασθαι, ἢ ψηφίδας σιμάφαι. hoc est, *navigio in ancoris quiescente fit ut exeas aquatum, interdum quoque obiter cochleas aut lapillulos corradas*. Sunt enim duo diversa & diversis temporibus agi solita, prout vel res jubet, vel occasio invitat. ψηφίδες passim ita appellantur. Lucianus in Timone. ἐδὲν πιμώτερον τῷ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων. In dialogis marinis Arethuse ὕδαρ ἔπι πρὸς ταῖς ψηφίσι. In Reviviscentibus dicit Parrhesiades, ζεγύριον ἐδὲν τῷ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων ἀφάρετον. In Parasito dicit parasitus ita se censere de auro, ὡς ὅτι ἂν ἴς ἐδὲ πρὸς ταῖς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδας ἀμελῶς ἔχει. Suidas in βροντή. Et omnis hæc restitutio beneficium est membranæ Ms. quæ etiam deinde clarior, μή τι ὁ κυβερνήτης σε καλέσει· καὶ καλέσει, πάντα &c. Et tempus & repetitio hæud dubie sunt genuina. Alterum sic habes cap. 45. εἰ δέ ποτε καιρὸς καλέσει. De altero ne quid celem in ipso Epicteti enchiridio Ms. sic scriptum inveni cap. 12. μή τοι σε ὁ κυβερνήτης καλέσει. καὶ καλέσει, πάντα ἐκείνα ἀφίεναι.

Εἰ δὲ δέδονται] Nihil est, & ex Ms. reponere  
 δίδων].

Ανάγκη τῆτο πείσει] Suavius in Ms. ἄκων  
 ἀνάγκη τ. π.

## C A P. XII.

Εὐρήσῃς γὰρ ἄλλε πινὸς ἐμπόδιον] Sine causa non veteres, sed nuperi Christiani cedere loco suo iusserunt voculam αὐτὸ prorsus ante tertiam vocem nunc quoque inferendam, ut in ipso Epicteto. Quod addit Mericus, *qui non corpus, sed animus es*, utrum non magis redoleat arrogantem ex ethnicis philosophum, an pie Christianum; utrum eo respectu & contemplatione Christiani præposuerint curam animi, ac non potius alio, judicent alii. Ego certe hanc mantissam temere his adfutam plane non desidero. Immo nec hilum huc facit, nec prodest argumento, quod hæc perioche inculcat.

## C A P. XIII.

Ζήτῃ τιὸ δύναμιν] Ms. πινὰ δύναμιν.

Νικητικὰς ἢ ὑπὸ ἧ ἐχθρῶ περιβαλλομένων] Quis credat Casaubonianum nomen esse, à quo locus hic adspici potuit quasi rite recteque Græcissans, quum sit absurdissimus? lege ex Ms. optimo νικητικὰς. Sed & ibidem περιβαλλομένων. Quod hic rejectum infra in-  
 vito

vito Ms. libro intruferunt, ubi plane locum non tuetur.

Ε'ὰν γυναικὸς ὤρωσῶπον πειράσῃ σε] Ms. clare habet πειράσις. An non manifestum indicium nunc quoque scribi debere πειράσι σε, ut mox ὤρωσφέρηται?

## C A P. XIV.

Διὰ τινός σε ὁ δεῖς ἀπήτ.] Ms. διότι σε, etsi vulgato suus sit honor. Sed deinde quoque Ms. ὦ δέδωκε, non ὁ δέδωκε.

Εἰ γ' ἀληθῶς οὐκ εἶπες] Plane id ferri nunc nequit, etsi ad eundem modum versio; quæ tamen bene habet ideo, quia sequens φέρε alio modo extulit. Huic Græca quoque consentire debent. Id ut fiat, corrige ex Ms. οὐκ εἶπες. Non enim jam de Jobo amplius, sed secum ipse agit.

Φέρε ἔ δὲ καὶ ὡρᾶς τὸ βέλημα] Ms. Φέρε ἔ δεσπότῃ καὶ. Et mox εἴτ' ἔ γ' νόμ' ἔ δέλω. Item-que ὡς ἀλλοτείων, ὡς ἔ sine copula.

## C A P. XVI.

Καὶ οἴ' εἰ μακροθυμεῖν] Vertit sane Mericus & *patientiam quanta opus est superare tibi confidis*. Concedo Latinitatem. Quid de tota hac perioche agetur? an patientia & ἀπάθεια sunt eadem? Deinde quare ei cui superat jam patientia, dat consilium ad se munien- dum?

dum? Id plane tali jam præparato & confidenti supervacuum, ut prorsus etiam ipsum verbum μακροθυμεῖν, quod in optima membrana non exstat. Verte. *Sed comparare tamen* (scil. servum & opes) *stat tibi sententia, & potes.* Ergo quia sic utique vis, hoc faciens præmuni te, *incipi ab minusculis.*

Ἀλλὰ μὴ μὴ ἕως ἔσται αὐτῷ χαλῶς ] Nihil intellectum Casaubono. Vertit, *neque vero ei tam bene sit.* Quid audio? an sit notat ἔσται? Ego didicerim ἔστω, & palam illud erroneum. Distinguendus aliter hic locus. ἀλλὰ μὴ μὴ ἕως ἔσται αὐτῷ χαλῶς, ἵνα ἐπὶ ἐκείνῳ ἢ τὸ σε ταεῖτα; Quid igitur? *an ita bene cum eo agatur,* ita potens ac validus ille erit, *ut in ejus potestate sit futurum, te commoveri?*

Εἰ δὲ τῶτων ἀπίλλαξαι ] Fatetur Casaubonus ita se fecisse, intelligens τὰ ἴδια ἀμαρτήματα, quum apographum haberet τῶτων. Hæc ut ingenua, sic prorsus ἀκεῖτα. Ubi enim illa invenias in hac perioche, ut ad illa formes constructionem relativi? Nos etiam ita in Ms. invenimus, nisi quod illic erat εἰ δὲ καὶ τῶτων & statim vidimus legi debere εἰ δὲ καὶ τῶτα, scilicet ἔχεται νοεῖν, τὴν σεαυτῶ δοκόν. Statim habet Ms. ἕτω πρὸς τὴν ἐπιτροφὴν ἔχεται παιδὸς ἕχεται.

C A P. XVIII.

Τὰ μὴ ἐπί σοι \* θέλης εἶναι ] Ms. clare τὰ μὴ ἐπί σοι, ἐπί σοι θέλεις εἶναι, nec dubitan-

tandum de hoc ; quin verum sit. Et mox ;  
ἡλίθιον ἢ εἰδυμῆ.

## C A P. XXI.

Ὡς εἰ συμποσίω εἴτω δεῖ ] Ms. ὡς εἰ συμπο-  
σίω σε δεῖ

Συγκληρονομήσῃ ἀναδειχθήσῃ ] Ms. συγκληρο-  
νομήσῃ Χριστῷ ἀναδειχθήσῃ, quod omnino ad-  
mittendum.

## C A P. XXII.

Ἐπὶ πένθῃ ἢ ἀπιδυμῆν ] τεκνῆ ἢ ἀπολωλεκότε  
χρήματα ] Insignis captatio variatæ constru-  
ctionis : modo tamen constet ita scripsisse.  
Nam Ms. simpliciter, Ἐπὶ πένθῃ ἀπιδυμῆν ]  
τεκνῆ ἢ ἀπολωλεκότε ] χρήματα. Quam scri-  
pturam plus vice simplici interpretari queas.

Καὶ ἀλλὰ τῆτο εἴπως θλίβεται ] Ms. καὶ, εἰ ἀλλὰ  
τῆτο εἴτῃ θλίβ. Egregie quidem.

## C A P. XXIII.

Εἰς ἰω' σε ἔφησεν ] Ms. ἔκτησεν.

## C A P. XXIV.

Εὐδοκῆσθαι ὑπὸ αὐτῷ ] Ms. ὠφελῆσθαι ἐξ αὐτῷ.

## C A P. XXVI.

Ἡ' μέγα δυναμῆρον ] Vox media abest ab Ms.  
Et mox μακαρίσῃς & ταλαίσις.

Μόνον θεῷ ἀνακείσθαι ] Ms. μόνω, ut cap. 30.  
τῷ θεῷ μόνω ἀνακείσθαι. cap. 62. ἄσκη δὲ σε-  
αυτῷ μόνω, καὶ μὴ τοῖς ἕξω. Unde & cap. 58.  
σεαυτῷ δὲ μόνω πρόσεχε, non obedio exemplari  
Ms. in quo ibi est μόνον.



## C A P. XXVII.

Καὶ ἐ τὸ σιναρπαδιῶα] Umbras persequitur bonus Mericus, suspicans, accusans monachos, mutans; plane ipse vel febricitans, vel in somnia delapsus. Lege ex Ms. καὶ πειρῶ μὴ σιναρπαδιῶα. Reliqua ut in ipso Epicteto. Sed & paulo ante ὅτι σὴ ὑπόληψις.

## C A P. XXIX.

Παρεσκευάζε αὐτόθεν] Sic habet Ms. ut est etiam in Epicteto. Et cur ab aliis Christianis antiquis omissum censebimus?

## C A P. XXXI.

Ἡ ἠ πρὸς ἄλλον ἐπὶ χειροτονίαν ἐλθεῖν] Quam prave intellecta sint hæc verba, satis patet ex ineptissima versione. Ergone electiones aut consecrationes sacerdotum in aliena domo celebratas ita ille novit? Præclare Ms. ἢ πρὸ ἄλλων ἐπὶ &c. Id prorsus desideratur.

Ὅν ἐν μόνοις δεῖ με εἶναι] Prima vöcula prorsus est supervacua, nec habet Ms.

Εἰ δὲ ὑποβάλλῃ] Sic Ms. & plana sunt omnia.

Αἰ μὴ ἔχῃ αὐτός] Ms. ἀν μὴ ἔχη αὐτός.

Τηρῶν ἐμαυτὸν] Vox prior non est in Ms.

Ἄλλ' εἰσὸχλῆσιν οἱ λογισμοὶ] Ms. ἀλλ' εἰσὸχλῆσι σοι οἱ λογισμοὶ. Et sequentia. λέγοντες, τῆτοι εἰ μὴ τέρξωμαι.

Δέληθε δὲ τὸς πολλὰς] Ms. τοῖς πολλοῖς.

Οὐδὲ γ' εἰς τοῦτο ἐταξας ἐαυτὸν] Ms. οὐδὲ γ' ἀφέταξας σεαυτὸν εἰς τοῦτο, ἐδὲ τοῦτο ἐπιγγείλω.

Nec quicquam in sequentibus aut deest aut mutari debet.

Μὴ τούτων ὄντων] Imo ὄντες ex Ms.

Τούτων ἕδεν σοι προσήκη ζητεῖν] Ms. τούτων ἕδενός σε προσήκη ἕπι ζητεῖν. & mox δι' ὠν ἐπιγγυλίω πληρώσας. Postea Ms. τέως μὲν ἐν ἕπως ὁ λογισμός.

Εἰ δὲ ὅτι οὐ δύνασαι ποιῆσαι] Locus male intellectus & infelicissime versus, quem egregie ex Ms. restituo minima ope εἰ δ' ὅποιον δύνασαι π. Paulo ante Ms. idem, λείψα αὐτῆ ἔχαλκεύς.

Ἀρμώτλειν λέγοντες] Ms. ἀρμώτλειν σοι λέγοντες. & mox, εἴκειν εὐχαιτοῦντάί σε ἐν τῇ τάξῃ. itemque ἠξιώθημεν, quod unde in interpretatione posuit Casaubonus? Deinde ἐν τῇ πόλῃ ταύτῃ ἦν.

### C A P. XXXII.

Incipit ita : Εἰ περιεμήθη ὅτι ἔτυχεν] Ms. ὅτι τέτευχεν, & mox, τὸ τυχεῖν. Temere hic autem interponuntur asterisci, quum sententia plena sic sit efferenda. Si vero mala (scilicet sint illa, nempe cœnas captare divitum, salutare, adhiberi, hoc est, si non nisi per indignas & malas artes adquiruntur) scias fieri non posse, ut non eadem faciens ad acquirendas res quæ sunt extra potestatem nostram, tamen paria iis qui talia faciunt, nancisci queas.

Ὅ μὴ ᾤσεται] Qui non adfectatur.  
Credo

Credo videlicet instar præfidiarii militis aut classis, ne quid mali patiatur. Hi enim Græcis dicuntur *ὑπερέμπειν*. Immo *ὑπερέμπων* ex Ms. hoc est, deducens velut anteambulo. Id erat conspicuum in urbe & adulationibus.

Ὡς γ' ἐκείνῳ ἐχθρὸς Δείδακας] Enimvero hic locus erat signandus asterisco. Quæ fodes hæc comparatio est? *ut lactucas habet ille, sic tu obolum, quem non dedisti.* Quis est ille qui habet lactucas, & quicum comparatur ille, qui obolum non dedit? Haud dubie quia nemo alius præcedit, ille qui lactucas emit. Jam certe nulla est in eis comparationis gratia: immo nec est dicenda comparatio. Sic magno ulcere obscuratur suavitas scriptoris, quam sic ope Msti repono, deletis primo vocabulis ἐχθρὸς, quæ nullæ ibi leguntur. Dein mutata distinctione scribo. Μὴ οἶε ἐλαττον ἐχθρὸν ἐκείνῳ. ὡς γ' ἐκείνῳ Δείδακας, ἔπω κ' σὺ τ' ὄβολόν ἐ δέδωκας. Hoc est, *Ne censeas minus te habere quam illum (non qui compararit lactucas, sed qui vendit, cui obolum vel adulationum indecoras blanditias porrigere debes.) sicut enim ille lactucas, ita tu quoque obolum non dedisti.* Deinde rursus Ms. ὅσθ' ἀπώλει τὸ δαίτην. ἐπαίνεσ' ἀπώλει δεικ.

Eὐ ἐκείνῳ ὀπιθυμῶν \* βέλδ] Nonne rem magnam præstitit Mericus, dum sive volente sive invita Minerva voluit utique & interpretari locum & ex ingenio supplere? Videamus.

mus. Putat rem planam esse, si modo legatur  $\mu\eta$  βέλη, & huc quoque vergit interpretatio. Sed quam ingrate & incondite illa? *se convivii cupidus & tamen istius particeps fieri.* An non enim profusus eadem? & quo ista tam parvo spatio repetitio? Longe illi iste corrigendi spiritus, & aliter profusus, etiam ultra quam credas eleganter, ab auctore scriptum docet Ms. unde ita supplendus hic locus. εἰ ἐκεῖνος ὀπιθυμῶν βέλη ταῦτα προέειπε, δὸς καὶ λήψη· εἰ δὲ ταῦτα θέλεις μὴ προέειπῆς, καὶ ἔδειπνες τυχεῖν, ἀπληγε εἶ. Pereximie profecto. Tu vertes. Mox plane Ms. τί ἔξεις ἀντὶ τοῦ δείπνου.

Ὡς αὐτὸς ἤδη.] Ms. ἦδε. Mox pro illis καὶ ἀνκακαῖ etiam καὶ ἀνκαλά.

Τὸ ἀνθυμακῆσαι.] Nimis abiit ab se Casaubonus, dum conjectura nimis quam remota hanc ignoratam vocem sanare conatur. Unica modo litera mutata ex Ms. scribendum ἀνθυπακῆσαι. Etiam deinde rectius διεγείγον & in fine ἐκκόπιον.]

### C A P. XXXIII.

Εἰ ἀν παιδίον ἄλλος ἢ ἀδελφός ἢ ἄλλος τελευτῇ.] Mirifica sunt illa ἄλλος ἄλλος & ingeniosum acceperunt interpretem. Sed recte Ms. παιδίον ἄλλος ἢ ἀδελφός ἢ φίλος. Sic habuimus cap. 5. εἰ ἀδελφὸν ἢ φίλον. Etiam supra Ms. ὅτι τὸ γενότων, omisso verbo ἐπὶ. Postea lege ex eodem καὶ ὅτι τοῖς ἀπαιδύτοις. Id Græcum est, non vulgatum.

Κατηγορῶν] Id vero dubito, an Christiana constantia non permittat. Sed videtur interpres aliter legisse, ut legi debet, κακηγορῶν, & habet Ms. Sed & ante legebat idem μήτε παρεξήλοιδορῶν ἢ κακηγορῶν. Et similiter cap. 44. idem præfert οἰόμενος ἐκεῖν ἔργον ποιεῖν κακῶς λέγει, non κακῶς με λέγει. Statim quoque εἴτως σε εὐχεσθῆ, & in fine, ὅταν θέλῃ ψυδεδεσθαι.

C A P. XXXIV.

Πρὸς ἀγαθὸν] Ms. πρὸς ἀγαθὸν πατέρα. Nihil autem mox deest.

Αὐτὸ δὲ τῆτο χρεωτεῖς] Ms. αὐτὸ δὲ το. . ἐχρεωτεῖς. Videtur fuisse αὐτὸ δὲ τὸδε χρεωτεῖς.

C A P. XXXV.

Τήρῃ τιῶ τὰξιν] Ms. τήρῃ τοιγαροῦν τιῶ τὰξιν. Ἐκεῖν \* ποιῆσαι] Lege ex Ms. ἐκεῖν ποιήσῃ, *quid ille sit facturus.*

Υπολάβῃς βλάπτει] Verbum posterius non est in Ms. & deinde ex eodem lege τιῶ ὄπι-βάλλουσιν χέσιν. Non aliter loquuntur Græci.

C A P. XXXVI.

Ἀκολουθεῖν ἐκόντα εἰς οἶαν σε βούλεται τὰξιν εἶναι] Non est prætereundum particulam illam σε non legi in Ms. unde mihi certum est, illos qui infarserunt Græcarum deliciarum ignaros sic putavisse hæc construenda, ἐκόντα ἀκολουθεῖν εἰς οἶαν τὰξιν βούλεται σε εἶναι, quod perquam foret plebejum, quum sana ratio Græca longe aliam syntaxin postulet, nempe ἀκολουθεῖν ἐκόν-

τα εἶναι εἰς οἴαν βέλε) τάξιν. Plane ac si verbum εἶναι nullum esset. Sic Lucianus tom. 1. pag. 457. ἐδόκεν ἔκοντες εἶναι ἑπιλαυθάνεσθαι αὐτῶν. & pag. 652. μηδὲ τ' ἕτερον πόδα ἕκων εἶναι ἀπολειπόμην.

Αῖρης τ' ὄσκι ἐφ' ἡμῶν] Ms. ἄρης ἀπὸ πάντων.

Προσέχοντα τῷ θεσσαυτικά ὡς ἡδεῖ] Infanum hic sudavit interpres ut justam sententiam absolveret. Dicit eis ut maxime jucundis. An id quoque dicit Græcus auctor? Similiter illa τῷ θεσσαυτικά vertit, quæ præsentia sunt & momentanea. At sic Græci usurpant θεσσαυτικά atque adeo ipse S. Paulus 2 Cor. 4, 17. Membrana haud dubie innuit aliud quid latere, præferens θεσαυτικά. Neque falli me reor, si statuero inde scribendum. τῷ θεσσαυτικῷ. Sententia plana & elegantissima restitutio est. Falli dicit eum, qui res splendidas & fulgentes & nitore suo adblāndientes (ut sunt magistratus & θεοδεία) ambiat, easque captet, ut in quibus dulcedo vitæ resideat. Sed & egregie reponit Ms. προσέχοντα, velut in tenebris currentem & dirigentem se ad ea, quæ maxime extrinsecus splendentia incurunt in oculos. Sic habemus cap. 47. λαμψυὲς τ' κόσμος.

### C A P. XXXVII.

Ἐχάτω θεσηκῆ] Nullam singularem vim habet hoc loco vox prior. Nam non hæc magis, quam priora ἐχάτω θεσηκῆσι. Sed in illis

lis omisit, quia nemo nescit eum prorsus agere cum genere humano. Inde recte Ms. eam ignorat.

## C A P. XXXVIII.

Μᾶλλον δὲ τὸ θέλημα αὐτῶ ἀπόματα πάντοτε] Præ intempestiva pietate insanivit ille, cujus-  
cunque hæc sunt verba. Haud dubie is hæc interposuit respiciens ad formulam nobis ab Servatore nostro traditam. Sed ex eadem patet hoc illicitum esse, neque quum ipse Christus nobis dictaverit preces de sanctificatione nominis Dei, de regni ejus adventu, ille potestatem habuit inde alicujus unius excerpendi, & præ aliis inculcandi esse potius precandum, ut voluntas ejus fiat. Præterea quis ille Græcismus est, αἰτεῖν τὸ θέλημα, pro αἰτεῖν ὅτι γένηται τὸ θέλημα? Plane indignum elegantia hujus libelli. Itaque prorsus insititium est hoc comma, & sine mora corrigendum judico ex sanctitate veteris membranæ, ἢ τῶν ἄλλων τῶν ἐκτὸς ἀπόματα, εἰδότες ὅτι ἡ προσηγορία. &c. Hujus vero lectionis æquissimus est sensus, ut non singulatim opes aut aliud quidquam rerum quæ extra nos sunt, nec ad nos pertinent, sed nos incaute & imprudenter ad nos pertinere putamus, ut sunt omnia corpori inservientia, rogemus, sed ut petamus ea nobis indulgeri, quæ Deus ipse sciat necessaria nobis esse, & quibus nos indigere omniscius ejus oculus conscius est; cui nego-

tio decernendo tenuitas nostra non est. Hæc vero qui leget, quique ut omnes has *ἱπομνήσας*, ita hanc quoque ab viris non modo Christianis, sed haud dubie illo tempore Christianæ Ecclesiæ Doctoribus & luminibus concinnatam esse persuadebitur, ut sum profecto persuasus, quis credet tunc vel Ecclesiam illam, vel Ecclesiæ illius Pastores vel ipsos precatos esse vel credentes jussisse precari panem quotidianum, ut nunc precantur omnes, illum *ἄρτον ὑπίεσιον* mirificis tormentis & injustis ambagibus illuc deflectentes? Hoc certe paragrapho Christiani vetantur precari *ὅτι τὸ ἔκτος*, in quibus est haud dubie pulcher ille panis quotidianus. Nec temere sic scribitur hoc loco in his memorialibus, sed plane sic rursus definitur modus Christianarum precum in capite LXX. *ὃ γὰρ τῷ Θεῷ Φίλον, τὸ τοῦ ἡμῶν γένους αἰτέμεθα*. Non vult quia nobis aliquid carum est & allubescit, quia nos nobis placeamus habentes panem quotidianum, ideo id licere precari aut tunc Christianos precatos esse innuit, sed quod ipsi Deo probatur. Negat à nobis definiendas esse res, in quas formulam precationis concipere ipsi debeamus, sed plane jubeamus eas pendere ab bonitate & sapientia divina. Idem respexit quoque ipse Servator noster, quum *ἄρτον ὑπίεσιον* dari nobis *τήμερον* jubet precari, ut multis probare possimus, quod non est hujus loci. Etiam mox legit Ms. *καὶ δεῖ πάντων*. CAP.



C A P. XXXIX.

Εἰ δὲ ἄλλοι τ̄ τοιούτων ἀρξόντων] Ms. τοιούτων λόγων ἀρξόντων) & dein, οἷς εἶ.

C A P. XLI.

·Α' πύκτε] Ms. ὑπάρχουσ.

C A P. XLII.

Ὅλως περιγραφε] Ms. ὄρω.

C A P. XLIII.

·Α' σκετέον] Æque perverse ac in Ms. ἀσκητέον, προ ἀσκητέον.

C A P. XLV.

Μηδὲ ἀ' ἴδης] Ms. εἶδες, & μάλιστα δὲ ὅσα.

Πολλάκις εἴπης] Ms. εἴποις.

C A P. XLVI.

Eis οἰκίας πινων μὴ ἦκε μηδὲ ραδίως πάειδι] Tantum discrimen est inter ἦκε & πάειδι, quantum inter *veni* & *accede*, quæ ineptissime sibi substituere potuit interpretes. Lege ex Ms. μὴ εἰκῆ μηδὲ ραδίως. Nam quod idem hic interpretationem gravat exponendo quasi voculam πινῶν, ejus gratiam illi facimus. Hæc sæpe ab Græcis junguntur. Deinde etiam, παρῶν & Φύλαττε.

C A P. XLVII.

Ὅπ' ἔ μιουθήσῃ] Ms. ἔ ὅπ. Etiam statim ὑποκάψασι σε οἱ π. item ἀ' αἰτεῖς. Deinde ἐγὼ μὲν μεμελέτηκα, ἀ' ἡμῶν αἴπεισ ὑποσηῖται.

C A P.

## C A P. XLVIII.

Ἀπέρω τὸ σεαυτῷ ] Præclare Ms. ἀπέρω τῷ  
 ἡμῶν σεαυτῷ. Deinde ἐπισηφαλές δὲ καὶ τὸ εἰς βυ-  
 τραπελολογία.

Δωρολογεῖν ] Eximie Ms. γελοιολογεῖν, & sta-  
 tim pro ἀκαιρολογία in eo legitur λακαιρολο-  
 γία, unde λακερολογία faciendum diximus &  
 probavimus opinor in exercitationibus nostris  
 de Juda proditore. Habet deinde Ms. ὅταν οὖν  
 αἰῶδι.

## C A P. XLIX.

Συγκαταθήσῃ τῇ δοκούσῃ ] Ms. συγκατάθη.  
 & deinde λοιδορήσῃ. Non expressit perspicue  
 interpres.


## C A P. L.

Τοὺς ἐπιπλήζοντας ] Et cur non ἐπιπλήξαις?  
 ita sane Ms.

## C A P. LI.

Ὅταν συσεδίεις πνί ] Et cur non συσεδίεις,  
 ut toties in prioribus, & sic plane Ms, qui  
 etiam cap. 52. ἀχημονήσῃ. at statim ὠδριβάλλῃ,  
 & mox: ἀνεπαχθῆς αὐτῷ Φανήσῃ καὶ μάλλον.

## C A P. LIV.

Οὐ \* ἤ ὀρέξεων ] Ms. supplet, οὕτω καὶ ἐπὶ  
 πασῶν ἤ ὀρέξεων. Igitur & paulo ante auscultes  
 eidem legenti καθάπερ ἐπὶ ἑ ὑποδήματι, ,  
 ommissa adversativa, quæ locum hîc nullum  
 habet.

C A P. LVI.

Ἐνθυμῶ οἰόμενος ] Ms. interferit ὅπι, & recte.  
 Mox etiam τὸ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῶν.

Ὡσπερ ἔν εἰ μακρόν σε ἔλεγε κονδὸν ὄντα ] Imo  
 contra Ms. εἰ μικρόν σε ἔλεγεν. Et nescio cur  
 nihil huc attulerit Mericus, quum aliter edens,  
 aliter concinnandam putaverit interpretationem,  
 quæ sane talis est, ut Hylæ saltantis  
 μέγαν Ἀγαμέμνονα, & ideo sublimem ingen-  
 temque mentientis reprehensionem mereatur,  
 utpote qui μικρῶ, quem pusillum interpreta-  
 tur, opponat procerum, quum κονδὸς non tam  
 videatur procerum interpretari, quam cras-  
 sum & corpus densi filii, tumidum & non  
 gracilem.

Ἀόρησι ] Ms. ἄορησι. Deinde Ms. παρ' ἑ  
 ἡκιστα ἐχέτω.

Ἡ ὅπι τὸ τῶ ὄν ἐχέτω ] Ms. τῶτον. Mox  
 ἔξιν ἐν σεαυτῶ ποιήσῃς.

C A P. LVII.

Ἐγὰρ σε λογιώτερον ] In Ms. nulla nota de-  
 fectus post hæc: nec deest quicquam. Sed  
 deinde sic supplendum ex ea. ἢ ἐμὴ κτῆσις ἢ  
 σῆς κρεῖττον, καὶ ἢ ἐμὴ λέξις ἢ σῆς κρεῖττον. σοὶ  
 δὲ εἰδὲ κτῆσις εἰδὲ λέξις. Κρεῖττον clare habet Ms.  
 nec puto mutandum, quum sic per sæpe mu-  
 tent Græci genus elegantix ergo. κρεῖττον scil.  
 πρᾶγμα vel χρῆμα. Patet satis, quam perversè  
 administraverit omnia Casaubonus.

## C A P. LVIII.

Καὶ μὴ ἀ σοχάζῃ ] Post hæc verba non sequitur distinctio talis in Ms. quasi novum caput succederet, sed connexa serie satis liberaliter omnia sic integre exhibentur. καὶ μὴ ἀ σοχάζῃ. οἶον ἐπιέν ἡς πολὺν οἶνον· μὴ εἴπῃς ὅτι κακῶς. ἀλλ' ὅτι ἐπιεν. ἐλύσατό ἡς; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ἐλύσατο. ἔφαγε &c. Vides magnam tibi lucem nunc splendere, qua penitus caruit Casaubonus. Quando suadebunt Christiana dogmata, ut cui liceat alium sic accusare, quasi biberit multum?

Ἐφαγέ ἡς πρώτ' ἕτερον ] Vox posterior non est in Ms. In sequentibus deleto asterisco scribendum ἐκείνον δὲ κακῶς αὐτὸ πεποιηθέναι, illum autem ideo male fecisse, quia morbus cogebat; per quem illud, quod videtur malum, & ille matutinus cibus in homine vegeto arguendus, excusatur.

## C A P. LX.

Τοῦτο γὰρ ἀπόστ. ] Ms. τῆτο καὶ ὁ ἀπόστολ. In sequenti capite prorsus Ms. ἡ ὄντως κατάληψις. tum quoque δυσχερὴς, τοῖς πολλοῖς δὲ καὶ ἀγνωστ.

## C A P. LXIII.

Μὴ κατάξῃρον ὀπιδείκνυέ.σε τὸ σῶμα ] Quam ridicule auferri se passus Casaubonus, dum parem his interpretationem dedit, plane aridiorem isto ore arido? At quid opus erat habere os aridum, quum posset ὑδροποτεῖν? ut præcedenti capite. Corrupta omnia. Et agnosce

scē egregiam membranæ Medicæ opem, quæ legit ἑπιδείκνυε τὸ σῶμα, & in fine ξηρὸς ἦς.

## C A P. LXIV.

Θεοφίλῃ ἀνδρὸς] Ms. Θεοφιλῆς δὲ ἀνδρὸς. Alius Θεόφιλος, alius Θεοφιλῆς. & mox iterum ἀφ' ἑαυτῆ ὑποδοκᾶν, non ἐξ.

## C A P. LXV.

Ὡς ὄν] Ms. ὡς ὄν. Et hæc est loquutio sacrarum literarum.

Καὶ ἡς αὐτὸν ἐπαιέση] Ms. ἐπαινεῖ. Et deinde εἰς ψευδολογίαν ἐμβάλλουσι.

Περίερχεται] Ms. παρέρχεται. Et mox ἀνειμένη. Deinde ἐνί τε λόγῳ.

## C A P. LXVI.

Τῷ τὰ ἀπ' αὐτῶν] Ms. τὸ πειεῖν τὰ ἀπ' αὐτῶν.

Ἐπὶ δὲ ἰὸ ἐξηγεῖσθαι μόνον σχολάσης] Ms. μόνω & priora exesa sunt. Tamen hinc patet fuisse ἑπὶ δὲ ἰὸ ἐξηγεῖσθαι μόνω. Sic quoque statim Ms. ἐν ἰστώ μόνω ἀγαλ.

## C A P. LXVII.

Ἐνθυμοῦ ὁποῖα]. Interponit Ms. δέ.

Παράχρη τὰ ἑαυτοῦ ἔργα] Ms. ὑπέχρη ἰούτω τὰ & omnino melius.

## C A P. LXVIII.

Προπίθεσαι] Ms. ὑποπίθειαι.

Ὡς ὑποχνομῶν ἐαυτῶ ὁ ἀφείς] Quid tum erit, si legatur ὁ σέβεις, quod sic tantopere commendat Casaubonus? Ms. ὑποχνομῶν ἐν αὐτῶν ἀφείς. Immo clare hinc apparet legi oportere ὡς ὑποχνομῶν ἐν αὐτῶν ἀφείς. tanquam peccaturus,

288 J. G. NOTÆ AD GRÆC. ENCH. PARAPHR.  
rus, si vel unum ex illis destituas. Sed &  
statim rectius φροντίσας:

C A P. LXIX.

Εν ἡ ἀσκήσει καὶ προσοχῇ] Egregie Ms. ὡς τέ-  
λειον ποιήσει, καὶ πρὸς ὃ χρεῖ. Et mox καὶ ἡδη πάλ-  
ρῆστιν. Tum etiam ἀσεφάνωτον παρέχεσθαι.]

Εἰ καὶ μὴ εἰ Παῦλ] Ms. εἰ καὶ μὴ ὡς Παῦλ.]

C A P. LXX.

Ὅπως σε καὶ ὅπως φίλον σοι] Ms. ὅπως σοι καὶ ὅ-  
πως φίλον.

Καὶ προσφιλῆς] Ms. plene καὶ θεῶ δὲ προσφι-  
λῆς. Male paulo ante editur ὡς ἕως pro ὅς ἕως.

Εὐχόμεθα] Ms. αἰτέμεθα.


C A P. LXXI.


Συσκευάζοντα] Imo συσκευάσων, ut Ms. &  
mox χωρήσωσι.

Μὴ φοβεῖσθαι λέγων] Hæc & male duplican-  
tur, & finem harum ὑπομνήσεων plane non  
decora nec perfecta coronide terminatum ele-  
ganter & pie & haud dubie vere replet Ms.  
hoc modo: ὁ κύριος, λέγων: μὴ φοβεῖσθε ἀπο-  
κλειόντων ἢ τεμνόντων τὸ σῶμα. τίω δὲ ψυχῆ μὴ  
διωκτῶν ἀποκτεῖναι. Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογη-  
μένον ἀπὸ ἕως νῦν καὶ ἕως ἕως αἰῶν ἕως αἰώνων. Ἀμήν.

F I N I S.














Liza Leonard Baskin

ER5

